This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Ll
20
338

Sl 20.338

Harvard College Library.

FROM THE

CONSTANTIUS FUND.

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." Will, dated 1880.)

Received 18 Sept. 1896.

8312

Quaestiones ad usum casuum obliquorum Lucretianum pertinentes.

Dissertatio inauguralis philologica,

quam consensu et auctoritate

amplissimi Philosophorum ordinis

Universitatis Litterariae Fridericianae Halensis

cum Vitebergensi consociatae

ad summos in philosophia honores

rite impetrandos

scripsit

Joannes Meissner
Saxo-Altenburgensis.

Halis Saxonum,
MDCCCLXXXXI
Typis Kaemmererianis.

Ll 20.338

HARVARD COLLEGE
SEP 3 1896
LIBRARY.

Constantius fund.
518

Quaestiones ad usum casuum obliquorum Lucretianum pertinentes.

---

ver.
sitiv
i

Syntaxis historicae doctrina quo magis magisque excoleretur atque expoliretur, nostra potissimum aetate permulti id agebant, ut in singulorum scriptorum genus dicendi accuratius inquirerent et praecipue eorum elocutionem diligentius examinarent, qui peculiare quoddam sermonis specimen praebere viderentur. Quo in numero Lucretius certe est habendus, quippe qui elocutione propria, quae prope ad veteris linguae morem accedit, usus sit. Cuius sermonis ad singulas partes subtilius explicandas cum jam multi studia contulerint atque etiam universa Lucretii syntaxis ab Holtzio in libro, qui inscribitur: „Syntaxis Lucretianae lineamenta, Lipsiae 1868" docte adumbrata sit, tamen magnus adhuc studiis grammaticis ad hunc poëtam pertinentibus patet campus. Atque nuper mihi de ablativi quodam usu Holtzii librum inspicienti, cum doctum illum virum, etsi non sine magna industria exempla collegerit, haud ita feliciter materiem disposuisse vidissem diligentiusque examinans alia ab illo minus recte perspecta alia vel omissa vel non satis effuse exposita esse cognovissem, denuo de ablativi usu Lucretiano accuratius disputare haud inutile visum est. Inter cetores autem casus accusativum, qui denuo tractaretur, dignum putavimus, praesertim cum de verbis vulgo intransitivis transitive et de transitivis intransitive usurpatis paulo fusius dicendum existimaremus: genetivi enim et dativi usum, quoniam de eo in universum Holtzius satis commode disputavit, ita praetermitti posse duximus, ut pauca, quae ille vel plane omisit vel leviter et quasi praeteriens attigit, afferenda censeremus. Itaque de ablativi et accusativi usu Lucretiano disserere, appendicis autem

loco genetivi et partitivi et praedicative verbo „*esse*“ adiuncti, porro dativi et pro genetivo subiectivo positi et cum adiectivis coniuncti exempla proferre nobis proposuimus. Ceterum in ablativi quoque et accusativi exemplis afferendis, ne supervacaneum laborem suscepisse videremur, ea, quae Holtzius composuit, omittere, quod eius fieri poterat, placuit.

Quam ad materiam tractandam magno mihi fuerunt adjumento

Ad. Hoerle, *de casuum usu Propertiano*, diss. Hal. 1887;
F. Antoine, *de casuum syntaxi Vergiliana*, Paris. 1882

nec non opera Draegeri, Kuehneri, Madvigii, Schmalzii, ut par erat, et adnotationes Munronis, qui in editionis suae volumine altero ad singulos Lucretii locos bene illustrandos magnam curam attulit, in usum meum converti.

Restat, ut in afferendis locis semper numeros editionis Lachmannianae me secutum esse adnotem.

I. De Ablativo.

Ablativum casum indicantem, in quibus sive cum quibus rebus actio fiat, adverbii vice fungi et deperditorum casuum instrumentalis et locativi partes suscepisse constat.

1. De ablativo instrumenti.

a) Hic ablativus frequentissime additur verbis, quae habent notionem instruendi, ornandi, similem, quorum exstant apud Lucretium exempla haec:

accumulare: III 71 caedem caede accumulantes;

adficere: II 341 similique adfecta figura;
III 50, 495; memorabilis autem est structura, quae legitur;
III 853 neque *(codd. om.)* jam de illis nos adficit angor;
et III 922 nec desiderium nostri nos adficit*) ullum,
ubi exspectamus: „neque jam de illis adficimur angore“ et „nec desiderio nostri adficimur ullo.“ Cfr. etiam VI 183 sonus qui tardius adficit aures.

adolere: IV 1237 adolentque altaria donis; „adolere“ hic transitive usurpatur, veluti apud Vergil. Aen. VII. 71: castis adolet dum altaria taedis.

adspergere: III 19 quas.. nec nubila nimbis adspergunt;

contra: I 719 quam fluitans circum magnis anfractibus aequor Jonium glaucis aspargit virus ab undis, quo loco ad „aspargit“ verbum e pronomine „quam“ in versu antecedenti dativus eruendus est.

augere: I 282 largis imbribus auget; I 434, II 486, 1163, III 626, 630, IV 62, V 723, 1177, 1417, VI 748;

cingere: II 606 muralique caput summum cinxere corona;

circumdare: V 468 corpore concreto circumdatus. Contra structuram *„circumdare alicui aliquid“* usurpatam invenimus VI 1036: aër omnibus est rebus circumdatus adpositusque.

comere: I 950 qua constet compta figura;

*) „adficit“ Gifanius tribuit Lambino; codd.: „adigit“.

complere: II 324, 358, IV 1017, V 226, 1066, VI 645, 1275;
conserere: II 211 lumine conserit arva;
conspergere: II 33 tempora conspergunt.. floribus herbas, III 661, IV 1236;
conspurcare: VI 22 taetro quasi conspurcare sapore;
contaminare: III 883 sensuque suo contaminat astans;
contingere: I 934 contingens cuncta lepore; I 938, 947, II 680, 755, IV 9, 13, 22, 407;
convestire: II 148 convestire... omnia luce;
cooperire: VI 1269 pannis cooperta perire; fortasse etiam huc pertinet VI 490, si quidem Lachmanni lectionem probamus: „tam magnis *nimbis* tempestas atque tenebrae coperiunt maria ac terras impensa superne", cum tradita scriptura sit: „tam magnis *montis* tempesta e. q. s.", Munro autem parum probabilem prosuit coniecturam: „*montibu'* tam magnis tempestas e. q. s.";
vix enim, „*montibus*" vocem de nubibus intellegi posse censeo. Nec Bernaysii rationem, qui locum sic sanare studuit: „tam magn*ae molis* tempestas e. q. s." satis defendi posse puto, quare Lachmannum sequi placet.
cumulare: VI 192 cumulata videbis... aliis alia; — VI 518 nubila aquis cumulata; —
VI 1237 cumulabat funere funus;
ditare: II 627 largifica stipe ditantes; IV 1253;
donare: I 94 quod patrio princeps donarat nomine regem, II 73, V 1095, 1215;
effercire: VI 258 effertus tenebris;
explere: I 606, II 518, III 1004, 1007;
foedare: IV 844 foedareque membra cruore;
fovere: I 1032 solis terra vapore fota;
fucare: I 644 lepido quae sunt fucata sonore;
imbuere: II 502 ridenti imbuta lepore*), 734;

*) Facio enim hoc loco cum Bernaysio, qui versum sic restituit: „caudaque pavonum ridenti imbuta lepore caeca": proxime enim accedit ad codicum scripturam: „rident imbuta".

inlinere: V 1094 caelestibus inlita flammis; („*inlita*“ Lachm. „*insita*“ codd.);

integrare: I 1031 efficit, ut largis avidum mare fluminis undis integrent amnes;

inumbrare: III 913 inumbrant ora coronis;

irrigare: V 282 irrigat adsidue caelum candore recenti; cfr. contra: IV 907 „per membra quietem inriget“, nam „quietem“ testatur Macrobius, cum in codicibus sit „quiete“. Cfr. Vergil. Aen. I 691: „Venus Ascanio placidam per membra quietem irrigat“, cum Aen. III 511 legatur: „fessos sopor irrigat artus“.

juvare: I 31 tranquilla pace juvare;

lustrare: V 575 notho fertur loca lumine lustrans; V 1437; VI 284; 737;

munificare: II 625 munificat tacita mortalis muta salute;

notare: V 121 immortalia mortali sermone notantes; V 583;

obruere: V 650 nox obruit caligine terras, VI 264, VI 864;

obserere: V 1378 arbustisque... felicibus obsita;

onerare: VI 1274 onerata... cadaveribus;

ornare: I 27, II 43, V 695, VI 82;

*participari: III 692 uti dentes quoque sensu participentur;

pascere: II 376 mollibus undis.. pavit aequor harenam, II 996;

perfundere: II 416 croco Cilici perfusa, III 821, IV 82, 924, V 593;

pingere: IV 311 palloribus omnia pingunt, V 1396;

praespargere: V 739 praespargens.. cuncta coloribus;

redimire: V 1399 umeros plexis redimire coronis;

replere: II 806, 1170, IV 319, 607, 626, V 40, 814, 992, VI 260, 1272;

rigare: IV 1029 Babylonica magnifico splendore rigantur; sine ablativo autem legitur V 603: parvus aquai prata riget fons; VI 612 quae maria ac terras sparguntque rigantque;

saepire: V 1251 saepire plagis saltum; V 1450, VI 1148;

satiare: VI 858 calido satiare vapore; exstat autem in

*) sic asterisco notabo ea verba, quae satis rarum Lucretioque fere proprium usum ostendunt.

codicibus: „soclare“; „satiare“ Lachm. Pium secutus scripsit, Bernays. maluit; „donare“.

spargere: II 144 spargit lumine terras, 977, V 1201;

sternere: I 274 campos arboribus magnis sternit, II 626; — insternere: V 987 iustrata cubilia fronde;

succingere: V 892 aut rabidis canibus succinctas... Scyllas;

suffire: II 1098 ignibus aetheriis terras suffire, IV 1175;

suffundere: III 39 omnia suffundeus mortis nigrore, III 304, V 482, VI 479;

*suppeditare: II 1162 conficimus ferrum, vix arvis suppeditati — IV 189 suppeditatur enim confestim lumine lumen — V 283. — ceterum cfr. de hoc verbo infra p. 67;

tangere: I 689 adiectu tangere, II 651, III 896;

tegere: IV 935 res omnes aut corio sunt aut etiam conchis aut callo aut cortice tectae — VI 852 nox ubi terribili terras caligine texit; integere: I 405 intectas fronde quietes; subtegere: VI 482 aestus.. subtexit caerula nimbis;

tingere: II 736 consimili... tincta colore, 747, 776, V 721, 1327, VI 173; distingere: V 1376 vario distincta labore;

*umectare: IV 1194 umectans oscula labris;

unguere: IV 1179 unguit amaricino;

vallare: V 27 venenatis.. vallata colubris;

velare: II 797 nullo velata colore;

vestire: V 889 molli vestit lanugine malas; V 954.

Liceat huc adjungere verba, quibus inest sensus ornandi verbo contrarius:

exhaurire: VI 1140 exhausit civibus urbem;

privare: I 381 motu privandum est, I 1038, II 649, 841, 1091; III 407, 486, 711, 905, IV 366, 371, V 317, 997, VI 1209;

spoliare: II 842 solo spoliata (codd. *spoliita*) colore; IV 377, V 762.

Nec non verba „*copiae*“ vel „*inopiae*“, similia, quae intransitive sunt prolata, huc referenda videntur.

abundare: II 1089 rebus abundans, V 262, V 817;
affluere: VI 12 divitiis homines... affluere;
carere: I 343 sollicito metu... carerent, 964, II 652, III 990, praeter locos ab Holtzio l. c. p. 15 allatos;
ditescere: IV 1253 partu .. ditescere dulci — V 1249;
egere: I 160, III 134, V 290;
*flere: I 349 uberibus flent omnia guttis;
florere: I 255 pueris florere, IV 450, V 912, 1279, 1442;
fulgere: V 708 pleno bene lumine fulsit; V 785 florida fulserunt viridanti prata colore; — V 768 suo si fulgit luna nitore („*fulgit*" Lamb., „*fulget*" codd.).
fumare: VI 461 tanto magis edita fument adsidue furvae nubis caligine crassa; („*furvae*" Lachm., codd. „*fulvae*"; „*nubis*" Marull., codd. „*nubes*"). — VI 752 fumant altaria donis;
gemmare: II 319 gemmantes rore recenti; V 461 gemmantis rore per herbas; cfr. Ennium apud Charis. I, 81: purpureis gemmavit pampinus uvis;
*ningere: II 627 ningunt rosarum floribus;
madere: IV 792 arte madent simulacra, VI 617;
manare: I 259 uberibus manat distentis; VI 1149;
renidere: II 27 nec domus argento fulgenti („*fulgenti*" Lachm., codd. „*fulget*", qua de emendatione vide comm. Lachm. p. 75) auroque renidet; huc adde II 326 aere renidescit tellus;
splendere: V 1258 claro splendere colore;
stillare: VI 943 guttis manantibus stillent;
sudare: V 1129 sanguine sudent; VI 943, 1148, quocum usu conferas Vergil. Aen. II 582 „Dardanium totiens sudarit sanguine litus";
vacare: V 1349 armisque vacabant.

Jam adjungimus adiectiva, quae, cum eandem fere vim atque illa verba habeant, apud Lucretium cum ablativo coniuncta exstant:

plenus*) cassus expers indigus orbus sterilis } de quorum usu cfr. Holtz. p. 15; Ceterum „plenus“ IV 162, et „cassus“ IV 511 absolute usurpantur.

Porro: aptus: II 814 quali magis apta figura;
V 928 validis aptum per viscera nervis;
V 1428 veste carere... auro signisque ingentibus apta;
VI 357 stellis fulgentibus apta; quem ad locum Munro ab Ennii annálibus repetit v. 30: qui caelum versat stellis fulgentibus aptum, cfr. v. 162, 343;
cfr. etiam Verg. Aen. XI 202 stellis fulgentibus aptum;
gravidus: VI 259 fulminibus gravidam tempestatem atque procellis; VI 296;
*jejunus: II 845 suco jejuna;
praeditus: I 236, 581. 625, 798, 848, 917, II 181, 336, 608, 723, 758, 814, 895, 972, III 332, IV 88, 100, 196, 336, V 144, 199, VI 219, 739, 982.

Praeterea huc ponimus:

dignus: III 13 perpetua semper dignissima vita, 322, 420;
contra V 2: dignum.. carmen.. pro**) rerum majestate;
indignus: VI 69 dis indigna;

b) Ablativum instrumentalem localem saepe notionem perstringere apparet ex his verbis, quae modo merum ablativum modo ablativum cum praepositione conjunctum adsciscunt, ubi nos usurpare solemus praepositionem „auf“ vel „in“. Sunt igitur verba:

α) portandi: I 294 rotanti turbine portant;
I 95 sublata virum manibus;
IV 387 qua vehimur navi;
cf. contra Propert. II, 9, 14 in parva sustulit ossa manu — IV, 1, 11: in curru parvi vectantur Amores.

*) Vide Schmalzium l. c. p. 433 § 100 adn., qui „plenus“ adiectivum ante Lucretium nusquam inveniri cum ablativo coniunctum docet.
**) cfr. Munronis adnott. p. 284.

β) continendi, recipiendi.

continere: I 1085 terreno quae corpore contineantur;
V 319 quod omnem continet amplexu terram;

contra „in" c. abl. legitur:
VI 877 quod continet in se; cfr. etiam II 761, 1008: cum quibus.. contineantur;

tenere: I 1082 teneri... cuppedine;
II 446 quasi ramosis alte compacta teneri;
II 719 teneri legibus hisce;
II 940 quia materies disiecta tenetur aëre, fluminibus, terris aethraque creatis, ubi „*aethraque*" ex coniectura Lachmanni legitur; codd. „*terraque*".
V 1312 vinclisque tenere

recipere: VI 146 haec multo si forte umore recepit ignem.

„accipere" autem et „excipere" praepositionem assumunt:
III 115 accipit in se — VI 655 in artus... accepit febrim;
II 810 excipit in se; contra cfr. Verg. Aen. VII 210: aurea nunc solio stellantis regia caeli accipit — VII 233 Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit. — cum praepositione autem coniunctum:
III 353 Illos porticibus rex accipiebat in amplis;

γ) nitendi:

niti: II 863 quibus nitatur summa salutis; contra: V 909 nixus in hoc uno novitatis nomine;

nixari: IV 506 fundamenta, quibus nixatur vita salusque; VI 836;

suffulcire: VI 683 natura fere silicum suffulta cavernis;

fidere*): V 1040 alis.. fidere; quamquam incertum est, ultrum ablativus au dativus sit statuendus, cfr. enim Verg. Aen. VII 290: jam fidere terrae — IX 378 fidere nocti — XI 351 fugae fidens.

δ) haerendi.

haerere: V 554 communibus inter se radicibus haerent;

*) fretus c. abl. coniunctum legitur V 966, VI 1058.

IV 1204 validis Veneris compagibus haerent; contra cum praepos. „in“ legitur:
IV 1113 in Veneris compagibus haerent — Adde locum utramque structuram praebentem: VI 1016 caecisque in eo compagibus haesit: nec non huc pertinet: VI 334 multis offensibus in remorando haesitat; pendere semper cum praepos. conjungitur: I 37 eque tuo pendet resupini spirítus ore; VI 911 anellis... pendentibus ex se; II 602 aëris in spatio pendere; cfr. contra Verg. Aen. I 715 ubi complexu Aeneae colloque pependit; eclog. VII 24: hic arguta sacra pendebit fistula pinu.

ε) includendi, occultandi*).

abscondere: I 904 silvis abscondita flamma;

claudere: VI 197 clausi nubibus;

includere: I 985 inclusum certis... oris; IV 1127 zmaragdi auro includuntur;

sepelire: I 133 somnoque sepultis, V 975; V 993 vivo sepeliri busto; VI 1271 ulceribus prope jam taetris sordique sepulta.

subtexere: V 456 corpore concreto subtexunt nubila caelum;

celare: I 514 corpore inane suo celare, II 678, V 301; contra II 673 haec in corpore celant; IV 1221;

latere: IV 328 quaecunque... parte interiore latebunt (*„latebunt“* Marull., codd. *„latebit“*);
contra: III 276 in nostris membris et corpore de toto mixta latens animi vis est; IV 795 tempore in uno tempora multa latent; — cfr. Verg. Aen. VI 406 ramum qui veste latebat — Aen. X, 805 tuta latet arce viator, aut amnis ripis aut alti fornice saxi.

---

*) cfr. Draeg. Hist. Synt. I² § 231, qui his verbis frequentius apud poëtas ablativum addi simplicem quam pendentem ex praepositione docet. Sed Lucretium praepositionem non spernere videmus.

Praepositionem autem semper sibi adsciscunt:

abdere: IV 419 sub terras abdita;
VI 844, 1037 in terra est abditus humor, quam structuram non minus quam merum ablativum poëtarum sermoni convenire, cum optimi scriptores *„abdere in aliquid“* dicere soleant, Antoine l. c. p. 227 monet.

cohibere: II 1031 quaeque in se cohibet — III 574 cohibere in se animam*) — VI 815 opere in tali cohibet; cfr. Cic. de fat. IX 19: causas cohibentes in se efficientiam naturalem;

concludere: III 574 in eos concludere motus; V 692 annua sol in quo concludit tempora (*„concludit“* Lachm., codd. *„contudit“*);

mergere: III 829 in nigras lethargi mergitur undas.

c) Porro ablativum instrumentalem habent haec verba:

frui: II 19, 647, III 200, 559, IV 1105, VI 856 } cfr. infra
fungi: IV 947; absolute I 441, III 168 } pag. 57;

pasci: V 874 praesidio nostro pasci;

vesci: V 72 variante loquella inter se vesci, V 857;

uti: I 870, III 562, V 953, 1046, 1144, VI 1136;
abuti: II 656 Bacchi nomine abuti.

Quibus addere lubet:

opus est: V 229 nec crepitacillis opus est;
V 232 denique non armis opus est;
I 206 semine — opus est rebus, VI 1081;
V 1053 quid opus est facto**);
II 20 pauca videmus esse opus; II 1149, IV 1277, VI 365; — I 1051 infinita ... opus est vis — II 815 nil principiis opus esse colores — III 967 materies opus est — IV 1268 nec molles opus sunt motus.

usus est: I 184 spatio foret usus, 219;

*) Lambinus sic recte emendavit lectionem traditam „sese anima“ vel quadrati „esse anima“.

**) De hoc usu vide Schmalzium § 99 adn. 3, p. 432 qui exemplum huius structurae affert ex Cic. Milon. 49 petitum, sed multo frequentiorem illam esse dicit apud scriptores veteres eosque, qui veteres imitabantur.

V 844 quod foret usus; non recte igitur Kuehn. II § 81, 8b, p. 286 constructionem „usus est aliquid“ negat usquam legi nisi apud Plautum. Cave autem cum Munrone „quod“ accusativum esse putes. Nam quo ille loco nititur, IV 831: ut facere ad vitam possemus quae foret usus, sine dubio intellegendum est „quae *scil.* facere foret usus“.

d) Haud raro indicatur ablativo materies, qua aliquid constat vel efficitur.

constare: I 221 aeterno quia constant semina quaeque; I 302, 484, 500, 518, 602, II 378, 411, 418, 452, 585, 682, 687, 722, 772, 1088, III 167, 187, 205, 209, 425, IV 110, V 238, 321.

Praepositionem autem invenimus his locis:

de: IV 1229 partus duplici de semine constat;

ex: I 622, 795, 865, 869, II 385, 691, 698, 820, 867, 981, III 375, IV 534, 648;

consistere: II 1120 his aetas debet consistere rebus, IV 101, V 65, VI 44;

contra cum praepos.:

ex: I 235, 636, 706, 839, 872, II 584, V 237;

in: I 420 natura duabus constitit in rebus;

esse*): II 393 majoribus est elementis, 445, 463; III 216, 296, V 456, 499, VI 286.

Conjungitur cum praepos.

ex: I 61, 654, II 402, 451, 458, 463, 485, 731, 785, 969, 984, III 857, V 455, VI 330;

IV 325 „et e laevo sit mutua dexter“, ubi exspectes: „laevus sit mutua dexter“, cuius rei exempla Munro collegit. Adde I 244 „nec magis et parvis et levibus ex elementis“, quae verba, cum antecedant „qua neque mobilius quicquam neque tenvius exstat“, ita accipienda sunt, ut subintellegatur: „nec quod sit magis et p. e. l. ex elementis.“

*) „esse“ cum integro materiae ablativo conjungi posse probat Draeg. Hist. Synt. I² § 287, 4 p. 636.

Multo rarius invenitur praepositio de verbo adiuncta: II 390 de quibus est liquor aquarum; II 999 de terra quod fuit ante.

Et nudum ablativum et praepositionem videmus in eodem versu I 841 „ignibus ex ignis, umorem umoribus esse“

constituere: VI 226 ignem constituit natura minutis mobilibusque corporibus (*„mobilibusque“* Marullus; *„montibusque“* codd.)

facere: III 180 minutis corporibus... factum; III 246, 280, 427, IV 184, 1211; *V 1269 nec minus argento facere haec auroque parabant.

Praepos. usurpat poëta:

ex: I661, 669, II 986, 988, III 762, IV 186, 738, VI 353;

de: I 180, 205, II 287, 824, 973; IV 1225, ubi „de“ in veteribus libris omissum in Italicis codicibus et a Marullo additum est.

Cfr. etiam V 890 ne forte ex homine et veterino semine equorum confieri credas centauros posse.

Ad horum verborum usum proxime accedit structura verborum:

e) gignendi, nascendi:

creari: I 169 seminibus certis creantur; III 708 particulae, quibus haec animi natura creatur; IV 543 (552) levore creatur (*„levor levore“* Lamb., *„levo letiore“* codd.); I 733 humana.. stirpe creatus, cfr. I 838, II 940, III 190, 229, 622, IV 698; *II 708 seminibus certis certa genetrice creata.

Praepositiones habes:

ab: II 269 a corde creari — IV 478 ab sensibus esse creatam; quo de usu v. paulo infra p. 21;

de: I 157, 266, 543, II 791, III 278;

ex: I 646, 763, 773, 785, II 387, 611, 790, 791, 903, III 34; V 796, 1013.

Adde V 319 procreat ex se.

crescere: II 1114 terreno corpore terra crescit; contra praepos. usurpat:

de: I 858 crescere de nilo; IV 1214;
ex: I 185 e nilo crescere, I 867;
concrescere: IV 1261 aliis rebus concrescunt semina;
contra I 840: de terris terram concrescere parvam;
procrescere: I 714 omnia .. ex igni .. procrescere.

Addimus adiectiva participalia:

cretus: II 906 mortali .. corpore creta, IV 1228, V 6, 60, 1116;
concretus: III 20 acri concreta pruina, V 798;
nasci: II 794 „proclivius exorientur candida de nullo quam nigro nata colore"; quamquam „de" etiam ante „nigro" supplendum esse statui potest.

Cum praepos. legitur:

de: II 733 nigro de semine nata; I 542, 674, 754;
ex: I 160 ex omnibus rebus .. nasci; III 710;
oriri: II 991 caelesti sumus omnes semine oriundi — Imprimis memorabile est I 874:

„quae alienigenis oriuntur", (in codd. legitur *„quae linguis oriuntur"*, vide Lachm. comment. p. 59); plerumque enim ad originem significandam, ut recte Kuehnerus l. c. II § 80 adn. 6 p. 278 monet, merus ablativus non usurpatur nisi dependens a participiis vel infinitivis verborum huc pertinentium. Nec tamen desunt exempla, quibus etiam verba finita sine praepositione poni comprobatur; cfr. etiam Horat. carm. IV, 4, 29 „fortes creantur fortibus et bonis".

Cum praepos. usurpatur:

ab: IV 483 ab sensu falso ratio orta, IV 484, 521;
ex: I 161, 204, II 383, III 970, IV 492;
cooriri: III 15 ratio .. divina mente coorta;
IV 436 coorta .. de principiis — VI 1013 corpora ... e ferro .. coorta;
exoriri: I 869 terris exoriuntur, IV 1172; de: II 793; ex I 387;
suboriri: I 1036 ex infinito suboriri;
parere: V 865 veterino semine partum;

gigni: de I 836, V 279; ex I 150, 172, 835, II 759, 870, 880, 892, 930, 932, IV 604, VI 246; — adde II 703 egigni corpore vivo.

f) Mentionem faciamus hoc loco ablativorum gerundii, e. g. I 202 multaque vivendo vitalia vincere saecla = III 948; I 902 terendo quae cum confluxere; III 491, 706, IV 720 in remorando laedere; VI 143 qui quasi murmur dant in frangendo, qui ablativi praecipue a posterioribus scriptoribus usurpati haud raro in vim vel causalem vel modalem abeunt. Quo de usu conferas exempla, quae collegit Holtzius l. c. cap. IX p. 136 et cap. IVe) p. 94.

g) Ex permagna ceterorum exemplorum silva ea tantum afferam, quae paulo insolentius videntur esse dicta vel quibus quam late pateat hic usus apud Lucretium cognoscitur. Plane igitur praetermitto ablativos cum verbis passivi generis conjunctos, quippe qui nihil praebeant mentione digni. Ac primum quidem commemorandum est Lucretium semel periphrasin „opera alicuius" usurpare ita, ut non de homine, sed de anima, quae quasi personae vice fungi cogitanda est, dicatur, cfr. IV 920 „animai quin opera sit sensus hic in nobis".

Deinde animadvertendum est Lucretium sicut ceteros poëtas*) interdum ad verbi notionem certius definiendam ac circumscribendam ablativum instrumentalem addere sententiae, quo quamquam plane posset carere oratio, tamen efficitur abundantia quaedam loquendi, quae poëtarum mori optime convenit. Cfr.

II 357 omnia convisens oculis loca;
III 431 somnis sopiti**);

*) cfr. Antoine, l. c. p. 182, quocum hoc ablativi genus dicimus ablativum instrumenti expletivum, et Hoerle, l. c. p. 57.

**) „quod genus in somnis sopiti ubi" codd.
„quod genus est, somnis sopiti ubi" Lachm.

IV 592 jactant miracula dictis;
IV 843 conferre manu certamina pugnae;
V 1243 ignis.. ardore cremarat;
V 1318 leae jaciebant corpora saltu undique;
V 1342 animo praesentire atque videre;
V 1381 at liquidas avium voces imitarier ore.

Alia, quae existimamus esse memorabilia, exempla invenimus haec:

I256 frondiferasque novis avibus canere undique silvas;
301 frigora usurpare oculis;
328 corporibus igitur caecis natura gerit res;
II 118 aeterno certamine proelia pugnas edere;
582 memori... mente tenere, cfr. III 858;
593 eximiis vero furit ignibus;
III 70 sanguine civili rem conflant;
994 aut alia quavis scindunt cuppedine curae;
IV 588 unco saepe labro calamos percurrit, cfr. V 1407;
472 qui capite ipse sua in statuit vestigia sese;
970 inventam patriis exponere chartis;
1078 quid primum oculis manibusque fruantur;
1243 revocatum cedit abortu;
V 26 quo quaeque creata foedere sint;
673 molli pubescere veste (i. e. barba pubescere);
882 quamvis hebeti cognoscere corde;
1128 regere imperio res;
1251 saltum canibus ciere;
1317 equorum pectora.. frenis convertere in hostes;
1394 non magnis opibus jucunde corpora habebant;
VI 372 autumni quod fertur nomine tempus;
373 confligunt hiemes aestatibus acres;
765 naribus... ducere de latebris serpentia;
919 nimium longis ambagibus est adeundum;

Jam praepositiones, ubi exspectamus solum ablativum, Lucretius saepe posuit, quibus sensus paulum immutatur; praepositione enim efficitur, ut instrumentalis vis ad notionem localem prope accedat. Imprimis autem comme-

moratione dignum est, quod saepius quam a ceteris scriptoribus a Lucretio praepositio „ab“ cum ablativo rei coniuncta adhibetur, quo fit ut res vel quodammodo pro persona habeatur vel non tam instrumentum indicari videatur quam origo vel locus, unde actio proficiscitur. Ac ne a prosae quidem orationis scriptorum sermone haec constructio plane abhorret, cfr. Draeg. Hist. Synt. I² § 230 p. 550. Inter poëtas autem hanc structuram Vergilius nusquam fere adhibet, quodammodo adamasse videtur Ovidus *), Lucretius vero in deliciis habuisse, qui semel etiam cum verbo activo „a“ praep. conjungit:

I 693 sensus *ab* sensibus ipse repugnat;
I 813 alimur certis *ab* rebus;
II 99 vexantur *ab* ictu;
III 323 natura tenetur corpore *ab* omni; 567;
III 522 animus.... flectitur *a* medicina;
IV 551 (542) asperitas autem vocis fit *ab* asperitate;
IV 934 atque *ab* ibus crebro pulsarier ictu (*„atque ab ibus“* Lachm., *„atque eius“* codd.);
IV 1087 restingui quoque posse *ab* eodem corpore flammam;
V 222 saevis proiectus *ab* undis;
V 300 *ab* omnibus ignibus exitium celatur;
V 306 lapides quoque vinci *ab* aevo;
V 358 neque *ab* ictu fungitur hilum;
VI 105 *ab* bruto... pondere pressae;
VI 740 id *ab* re impositum est;
VI 1079 plumbo fit uti jungatur *ab* albo.

Sed alias quoque praepositiones Lucretius, ut dixi, in instrumentali quadam ratione significanda usurpavit:

de: I 191 quique sua *de* materia grandescere alique;
II 877 nostro *de* corpore saepe ferarum augescunt vires et corpora pennipotentum;
IV 816 adopinamur *de* signis maxima parvis;

*) cf. P. Hau, *de casuum usu Ovidiano*, diss. Monast. 1884, p. 117.

ex: I 856 videmus *ex* oculis nostris;
II 178 *ex* ipsis caeli rationibus .. confirmare;
179 aliisque *ex* rebus reddere multis, V 196;
IV 27 quibus *e* rebus cum corpore compta vigeret;
V 610 forsitan *e* rosea*) sol alte lampade lucens;
V 1133 quandoquidem sapiunt alieno *ex* ore;
V 1456 alid *ex* alio clarescere;
VI 423 *ex* his cognoscere rebus;
VI 911 catenam saepe *ex* anellis reddit;
VI 915 *ex* alioque alius lapidis vim ... noscit;
VI 1009 primoribus *ex* elementis indupedita;
in: IV 964 atque *in* ea ratione fuit contenta magis mens;
IV 985 quibus *in* rebus ... esse operati;
IV 1187 adstrictosque esse *in* amore;
V 91, VI 245 neque te *in* promissis plura morabor;
V 1164 quae nunc *in* magnis florent sacra rebus;
V 1431 *in (suppl. Itali)* curis consumit .. aevom;
per: I 403 *per* quae possis cognoscere cetera;
I 634 *per* quae res quaeque geruntur („*per quae*" scripsit Marullus; „*per quas*" codd.)
II 173 res *per* Veneris blanditur saecla propagent; cf. II 437, V 848;
II 242 motus, *per* quos natura gerit res;
IV 863 multaque *per* sudorem .. pressa feruntur;
IV 905 multaque, *per* trocleas et tympana, pondera magna**) commovet;
V 72 variante loquela coeperit inter se vesci *per* nomina rerum;
sub: II 63 oppressa gravi *sub* religione.

---

*) „forsitan et rosea" codd., quod Bernaysius et Munro retinuerunt; „forsitan e rosea" Lachmannus dedit, cum Lucretius neque „*etiam*" vel „*et*" ad „*forsitan*" adjunxisset neque „*et*" pro „*etiam*" usus esset.

**) „pondera magna" Lachm., „pondere magno" codd., quod Munro defendit; neque ab hac sermonis duritie Lucretius plane abhorret, cf. VI 549 non magno pondere tota.

2. De ablativo causae.

In exemplis huius ablativi percensendis cum eam rationem, quae vulgo in libris grammaticis tenetur, sequamur, usum illius ablativi, qui cum verbis affectum quendam animi significantibus coniunctus „*causam moventem*", quam dicit Madvigius, Lat. Sprachl. § 256, indicat, priori exemplorum generi, quod est causae interioris, adjungere non dubitamus.

a) **Interior causa** significatur his locis: III 68 falso terrore coacti — III 150 laetitiaque viget — V 389 ira tum percitus acri — V 1219 correpunt membra pavore — VI 51 pavidis cum pendent mentibus saepe; nisi quis „pavidis .. mentibus" in vim modalem accipere mavult. — VI 52 haec faciunt animos humilis formidine divom, V 1219 — VI 1179 mussabat tacito medicina timore — VI 1249 in lectum maerore dabantur.

Nec non huc referimus ablativos, quibus causae in ipso subiecto positae indicantur, hos:

V 189 ponderibusque suis... concita ferri; 424;
V 215 aut nimiis torret fervoribus aetherius sol;
VI 177 mobilitate sua fervescit, cfr. VI 280.

Iam sequantur verba affectum quendam animi vel eius effectum significantia:

aegrescere: V 349 morbis aegrescimus;
ardere: VI 1172 ardentia morbo membra;
ardescere: IV 1090 tum magis ardescit dira cuppedine pectus, cf. V 897;
contremere: V 1221 fulminis horribili cum plaga torrida tellus contremit;
delirare: V 1159 morbo delirantes;
effervescere: V 1335 effervescere.. volneribus;
exterreri: II 1040 novitate exterritus;
gaudere: V 170 gaudere novis rebus;

laborare: II 970 motus novitate laborent, cfr. III 176, 730, 758, 798;
languere: IV 765 languetque sopore; VI 1218;
perterreri: V 1316 fremitu perterrita equorum pectora;
suspirare: IV 1192 ficto suspirat amore;
tabescere: III 911 aeterno tabescere luctu, IV 1120.
torpere: III 981 cassa formidine torpens;
tremere: I 1089 tremere aethera signis, V 298;
trepidare: VI 596 ancipiti trepidant.. terrore;
Adde: III 646 mobilitate mali non quit sentire dolorem — IV 1015 gemitusque doloribus edunt — I 91 aspectuque suo lacrimas effundere — III 28 his ibi me rebus quaedam divina voluptas percipit.

b) **Exterioris causae** exempla Lucretiana proferam non illa quidem omnia, sed quibus paulo liberiorem solutioremque usum apud hunc poëtam fuisse facile cognoscitur.

I 99 hostia concideret mactatu maesta parentis — I 225 quaecumque vetustate amovet aetas — cf. VI 553 — I 249 omnes discidio redeunt — I 308 quo pacto fugerit aestu — I 457 quorum adventu manet incolumis natura abituque, cfr. V 985 — I 476 nec partu inflammasset equus nocturno — I 491 dissiliuntque fero ferventia saxa vapore, cfr. III 494, VI 1164 — I 806 imbribus et tabe nimborum.. vacillent — II 816 variis formis variantes edere tactus — 933 aut aliquo tamquam partu quod protinus exstent*) — 401 foedo pertorquent ora sapore — III 189 tantillo momine flutat; IV 179 (176) — 488 ut fulminis ictu concidit — 734 et mala multa animus contagibus fungitur eius („*contage*“ codd., correxit Lachm.) — 832 rigere frigore;

*) sic coniecit Lachm., „quod proditum extra“ codd., Bernaysius „quod proditur extra“, qua in lectione offendit indicativus; Munro probabilius: „quod proditus exstet“, cum in versu antecedenti pro „sensus“ scriberet „sensum“.

III 929 consequitur leto; causalem enim ablativum esse „leto“ si statuimus, haud scio an melius verborum nexum respiciamus quam Munro, qui „leto“ interpretatur „in leto“. Huc accedit, quod ne exempla quidem, quae Munro ad explicationem suam confirmandam affert, satis apta sunt: nam et Verg. Aen. VIII 566 „leto sternendus erat“ et IX 433 „volvitur Euryalus leto“ „leto“ pro dativo esse habendum recte docuisse videtur Gustavus Schroeterus in commentatione, quam scripsit in programm. gymn. Sagan. a. 1873 „*über den Dativ der Richtung in der lat. Dichtersprache*“; tertium autem exemplum, quod Munro profert e corp. inscr. I 1009, 17: „leto tacent“ non plus valet; nam hic quoque „leto“ voci quominus causalem tribuamus vim, nihil obstat. Cfr. etiam VI 793 (802) concidere et spumas qui morbo mittere suevit; quae in codicibus ita leguntur: „concidere et pumos qui m. m. s.“; Lachmannus versu transposito post octingentesimum unum scripsit: „concidere et spumam ut qui morbo mittere suevit.“ Sed recte Bernaysius et Munro versum suo loco retinuerunt et scripserunt, ut supra legitur.

VI 1196 nec nimio rigidi post artus morte jacebant; („*rigida*“ codd., „*rigidi*“ Lachm.)

*III 340 neque ea causa convellitur ipse;

III 946 annis corpus jam marcet;

IV 287 eoque.. semota videtur; 293;

679 mellis apes quamvis longe ducuntur odore volturiique cadaveribus;

IV 1011 porro hominum mentes, magnis quae motibus edunt magna: plane enim hoc loco Munroni assentior, qui codicum scripturam „magnisque montibus“ recte emendasse videtur; parum probabiliter scripsit Lachm. „magnis qui mentibus edunt magna“ nec Bernaysii lectio, quae est: „magnis qui mortibus edunt magna“ probari potest.

IV 1045 tument loca semine — IV 1167 rhadine verost jam mortua tussi — V 116 corpore divino aeterna manere, cfr. V 1121 — V 328 quo*) tot facta virum cecidere — V 504 sinit incertis turbare procellis —

*) de „hoc“ et „quo“ v. Holtzium l. c. p. 21 sq.

568*) nil illa his intervallis de corpore libant — V 645 aëribus posse alternis e partibus ire, cfr. 646, 649 — V 899 videre licet pinguescere saepe cicuta barbigeras pecudes — V 985 fugiebant spumigeri suis adventu validive leonis — V 1420 ut letum insidiis, qui gessit primus, obiret — VI 293 tantus (sc. imber) discidio nubis ventique procella mittitur — VI 294 ardenti sonitus cum provolat ictu — VI 546 sq, cadunt toti montes magnoque repente concussu late disserpunt inde tremores — VI 851 acri sole.. fervescere — VI 1070 at vitio venae tabularum saepius hiscant — VI 1137 quod nos adventu possit temptare recenti — VI 1200 ulceribus taetris et nigra proluvie alvi posterius tamen hunc tabes letumque manebat — VI 1255 corpora paupertate et morbo dedita morti — VI 1264 multa siti protracta.. corpora — VI 1242 contagibus ibant (= peribant) atque labore.

Porro ablativus causae adjungitur **adjectivis:** caecus: IV 1153 cupidine caeci — candidus: V 779 clara loca candida luce — clarus: V 295 claraeque coruscis fulguribus taedae — debilis: V 832 aevo debile — defessus: V 827 ut mulier spatio defessa vetusto — durus: III 88 durissima... ponderibus solidis — fessus: I 257 fessae pecudes pingui („*pinguis*“ codd., Lachmannus veram lectionem eruit e scholio Philargyii ad Verg. Georg. III 124), cfr. II 1038, III 458, 774 — furibundus**): VI 367 ignibus et ventis furibundus — horridus: VI 1269 horrida paedore — languidus: V 887 membraque deficiunt fugienti languida vita — lassus: VI 1248 lacrimis lassi luctuque — mutus: I 92 muta metu — opimus: I 728 rebus opima bonis — pinguis: V 296 pingues multa caligine taedae — ruber: II 803 claro sit rubra pyropo — saucius: IV 1048 saucia

*) sic enim cum Bernaysio et Munrone legimus; Lachm. scripsit: „nil ea in his intervallis“, codd.: „nihil nisi intervallis“.

**) cfr. Propert. IV, 7, 3: mero furibundus.

amore — sollicitus: III 732 sollicitae morbis alguque fameque; 1049 — sterilis: IV 1240 nam steriles nimium crasso sunt semine partim — turbidus: I 286 magno turbidus imbri — turgidus: IV 1034 loca turgida semine multo — uncus: II 427 flexis mucronibus unca.

Praepositiones autem ad notionem causalem significandam exstant hae:

ab: I 459 rebus *ab* ipsis consequitur sensus;
III 74 *ab* eodem saepe timore inacerat invidia;
VI 709 interiisse neque *a* morbo neque forte veneno;
VI 875 tremulo rarescit *ab* aestu;
VI 1266 inteclusa anima nimia *ab* dulcedine aquarum;

de: VI 85 qua *de* causa cumque ferantur, VI 204;

ex: III 441 conquassatum *ex* aliqua re, cfr. I 611;
III 593 saepe aliqua tamen *e* causa labefacta videtur, cfr. III 1055, V 752, 1252, VI 172;
II 438 *ex* offensu cum turbant corpore in ipso semina;
II 873 putorem cum sibi nacta est intempestivis *ex* imbribus umida tellus;
V 341 *ex* imbribus adsiduis exisse amnes;
V 609 accidere *ex* una scintilla incendia passim;
V 860 *ex* utilitate sua quae commendata manent;
V 929 nec facile *ex* aestu nec frigore quod caperetur;
VI 280 accenditur... *e* contagibus ignis.

Imprimis autem notanda videntur tria exempla, in quibus praepositionis „ex" usus a vulgari dicendi ratione plane abhorret: III 157 concidere *ex* animi terrore videmus saepe homines — V 1146 *ex* inimicitiis languebat — V 1148 acrius *ex* ira... se quisque parabat ulcis.

Solus ablativus etiam in his exemplis potuit poni: I 639 clarus ob obscuram linguam — II 929 vermisque effervere, terram intempestivos quom putor cepit ob imbres*).

*) Marullus primus „intempestivos" codicum scripturae „intempestivus" praeferendum vidit; idem „quom" scripsit; sed fortasse tradita lectio „quam" teneri potest, dummodo scribamus: „vermisque effervere terra", cf. enim Vergil. Georg. IV 556: „stridere apes utero et ruptis effervere costis".

3. De ablativo modi.

Huius ablativi, qui quo quid fiat modo significat, duo genera discernenda sunt. Altero enim genere res arte cum verbi actione coniuncta, altero res extrinsecus verbi notioni adiuncta eamque quasi quodammodo sequens indicatur. Hoc autem genus ita discrepat ab illo, ut apud optimos quidem scriptores huius modi ablativis nullo additamento positis semper fere, attributo autem instructis haud raro addatur praepositio „cum", a qua dicendi consuetudine mirum non est paulum recedere Lucretium, qui, quo erat brevitatis gravitatisque studio, saepius praepositionis usum respuit, interdum vero etiam praeter opinionem admisit. Jam exempla ipsa perlustremus omissis tamen iis, quae Holtzius l. c. p. 22 sq. collegit, qui paene omnino alterum huius ablativi genus neglexit.

Ac prioris generis exempla sunt haec:

a) sine attributo usurpata:

II 426 jure, 1139 III 963 — II 698 merito, 998, III 715, 954, IV 160, V 822, VI 548 — III 513 ordine VI 913; — V 225 nixibus ex alvo matris natura profudit — VI 541 volvere vi fluctus — VI 1096 casu coorta — Adde I 74 peragravit mente animoque.

Duo huius generis ablativi coniuncti sunt:

I 1021 neque consilio primordia rerum ordine se suo quaeque sagaci mente locarunt.

Talis enim ablativorum eiusdem generis sine coniunctione juxta positorum usus*) saepius apud Lucretium occurrit, veluti;

II 708 seminibus certis certa genetrice creata (v. s. p. 17);

II 1 mari magno turbantibus aequora ventis; de quo loco c. infra p. 32;

*) omnino cfr. de hac re Madvigium l. c. 278a et Munronem adn. I, 183 (tom. II. p. 49).

b) cum attributo coniuncta:

I 130 ratione sagaci — I 377 falsa ratione — I 480 ratione eadem; III 665 — I 738 certa ratione II 94, 710 — II 480 finita.. ratione, 519 — IV 593 aliqua ratione alia — VI 67 caeca ratione — I 822 alio.. modo — II 432 dissimili.. modo — II 774 quocumque modo — III 1068 hoc ... modo — IV 686 eoque modo — I 980 hoc pacto — *V 792 modis multis varia ratione, de quo genere supra dictum est. — II 610 antiquo more — V 932 volgivago... more ferarum, VI 198 — VI 1279 mos ille, quo — V 117 ritu.. Gigantum; V 923, VI 1155 — II 1016 quali.. ordine; IV 68, V 736, 1183, 1439 — V 77 qua vi, VI 380 — II 196 quanta vi, 198 — IV 1210 subita vi — V 162 ulla vi — V 206 sua vi — V 1098 validis.. viribus — VI 559 magnis viribus — I 925 mente vigenti — I 1022 sagaci mente (v. s.) = V 420 — V 1023 pacata posse omnia mente tueri — V 1119 aequo animo — V 1170 animo.. vigilante — II 300 eadem condicione — IV 233 consimili causa: ita enim haec intelligenda esse, h. e. *simili ratione*, ex nexu sententiarum apparet:

„Praeterea quoniam manibus tractata figura
in tenebris quaedam cognoscitur esse eadem quae
cernitur in luce et claro candore, necessest
consimili causa tactum visumque moveri;“

nam non simili quadam re tactus et visus moveri dicitur, sed pari modo moventur. Quam ad interpretationem comprobandam comparari potest:

VI 754 usque adeo fugitant non iras Palladis acris
pervigili causa,

ubi eodem modo verba „pervigili causa“ adverbii loco posita esse manifestum est. Atque hic vocis „causa“ usus modalis Lucretio plane videtur esse proprius. —

Adde VI 755 sed natura loci sponte officit ipsa

suapte; sic enim scribendum puto pro tradita lectione „opus efficit". Nam Lachmanni coniecturae „sed natura loci vi ibus officit ipsa suapte" duae res obstare videntur; primum enim „officiendi" verbum apud Lucretium accusativum assumit, deinde offendit elisio vocis monosyllabae „vi", de qua Muellerus *de metr. poet. lat. p. 283* hanc legem proposuit: non elidi monosyllaba longa aut media in brevi, nisi quae sint indeclinabilia aut flexione formata aliena a legitimis modulis neque unquam apud dactylicos tota verba elisione absorberi. Quam legem quamquam aliquatenus restringi ex Hauptii observationibus criticis opusc. I p. 90 (cf. Lachm. comm. p. 71) discimus, tamen exemplis eius modi Lucretianis allatis, cum in iis semper fere pronomen (me, te, tu, se) elidatur, Lachmanni coniectura non satis defendi videtur. In ea autem re cum illo faciendum puto, quod contra Munronem, qui proposuit „sed natura loci ope sufficit ipsa suapte" hiatum, quamvis exstet in caesura, vix tolerari posse censeo. Itaque hanc probo lectionem: „sed natura loci sponte officit ipsa suapte."

Porro autem huc pertinent:

I 52 studio disposta fideli — I 818 quali positura contineantur, 909, II 761, 1008 — IV 195 ubi tam volucri levitate ferantur — IV 416 despectum praebet.. impete tanto — IV 903 quanto vis impete euntem — V 505 certo fert impete labens, VI 153, 174, 186, 328, 334, 340 — IV 1245 aut non tam prolixo provolat ictu — IV 906 levi sustollit machina nisu; V 506 — V 271*) fluit agmine dulci, VI 637 — V 272**) liquido pede detulit undas = VI 638 — V 470 avido complexu cetera saepsit, cfr. II 1066 — V 507 mare certo quod fluit aestu — V 683 imparibus currens anfractibus — V 924 foedere naturae certo discrimina servant, cf. V 56 — VI 324 celeri ferme percurrunt fulmina

*) Munro ad hunc locum conferri jubet: Ennii Annal. 177 leni fluit agmine.

**) cf. Horat. epod. 16, 48 levis crepante lympha desilit pede.

lapsu — VI 28 recto contendere cursu, cfr. VI 179 — VI 486 quantaque volarent corpora mobilitate — V 1210 vario motu quae candida sidera verset. —

Paulo insolentius dictum est III 302 placido magis aëre vivit.

Jam ad alterius generis huiusmodi ablativos cum transeamus, duo tantum apud Lucretium legi exempla monendum est, quibus simplici ablativo vis subesse modalis videatur, quem usum apud Vergilium ceterosque poetas paulo latius patere constat*). Habemus enim IV 419 miraclo sub terras abdita; VI 581 fremit ante tumultu versabundaque portatur.

Attributo autem adiecto tales ablativi saepe reperiuntur apud Lucretium, cum non solum modus ipse, sed etiam comitatus quidam alicuius rei ed actionem verbi certius definiendam significetur.

I 164 incerto partu culta ac deserta tenerent — II 340 summa videtur stare quiete — II 399 jucundo sensu linguae tractentur in ore — II 573 sic aequo geritur certamine principiorum.. bellum, cfr. V 392 — II 635 cum pueri.. pernice chorea.. pulsarent aeribus aera — II 961 conlecta mente reverti — III 76 claro qui incedit honore — III 81 ut sibi consciscant maerenti pectore letum, cfr. IV 914 vera repulsanti discedas pectore dicta — III 466 fertur in altum aeternumque soporem oculis nutuque cadenti — III 779 exspectare immortalis mortalia membra innumero numero — III 100 adverso... trudere saxum monte, cfr. VI 719 adverso flabra ferunter flumine — III 1052 animi incerto fluitans errore vagaris, cfr. IV 1077 — V 368 corruere hanc rerum violento turbine summam, cfr. V 632, VI 640 — V 972 nec plangore diem magno solemque... quaerebant, cf. VI 147, 1248 — V 375 sed patet immani et vasto respectat hia tu — V 1070 gannitu vocis adulant —

*) cfr Antoine, l. c. p. 198 squ., Hoerle, l. c. p. 61.

V 1253 flammeus ardor horribili sonitu silvas exederat, cfr. VI 129, 151, 155, 388, 442 — V 1314 turbabant saevi nullo discrimine turbas — V 1419 quam reor invidia tali tunc esse repertam VI 78 suspicere haec animi tranquilla pace valebis — VI 101 magno fremitus fit murmure, 197 — VI 218 tum sine taetro terrore et sonitu fulgit nulloque tumultu — VI 366 magnoque tumultu ignibus et ventis furibundus fluctuet aër — VI calido febrim fervore coortam. —

Eodem referendi sunt ablativi, quos grammatici vocare solent defectivos absolutos, quibus ipsis quoque res verbum principale quasi sequentes certiusque describentes indicantur:

II 1 mari magno turbantibus aequora ventis; neque enim loci significationem habet „mari magno", sed eadem fere ratione duo ablativi positi sunt, ita ut „turbantibus aequora ventis" additum sit ad explicandum illud, quod dictum erat „mari magno" *(„bei hochgehender See")*; — IV 1235 ut sterili Venere exigat aevom — V 297 ardore ministro; — V 907 tellure nova caeloque recenti — V 1149 legibus aequis — VI 95 te duce — VI 185 densis.. nubibus — VI 231 vasis integris — VI 400 caelo undique puro — VI 525 adversa nimborum aspergine. —

Communi loquendi mori familiaris est ille usus, cum simplex ablativus in corpore eiusque membris significandis usurpatur:

III 447 nam vel ut infirmo pueri teneroque vagantur corpore, sic animi sequitur sententia tenvis — IV 1021 ut qui praecipitent ad terram corpore toto, cfr. VI 1008 — III 648 corpore relicuo pugnam caedesque petessit — V 994 quos effugium servarat corpore adeso, cf. III 871, V 1072 — I 246 incolumi remanent res corpore — V 1325 terram minitanti fronte*) ruebant —

*) „fronte" Lachm., „mente" codd.

VI 117 ut non tam concurrere nubes frontibus adversis possint — VI 744 praecipitesque cadunt molli cervice profusae — VI 1174 ipso venientes ore patente.

Addo exempla, in quibus ad qualitatem quandam significandam ablativus modalis, rarius „cum“ praepositio ponitur:

II 664 dissimili vivont specie — II 697 dissimili.. consistere summa — IV 80 suo fluitare colore — V 432 lumine largo altivolans — V 577 nilo fertur majore figura — V 731 cur nequeat semper nova luna creari ordine formarum certo certisque figuris.

Contra praepositio „cum“ usurpatur:

V 715 proprio cum lumine.. volvier — adde III 101 vivere cum sensu. Confer etiam 4a) adn. pag. 36.

Praeterea autem praep. cum ex vulgari dicendi consuetudine adhibita exstat his exemplis:

I 276 perfurit acri *cum* fremitu — I 287 incurrit validis *cum* viribus amnis — II 647 immortali aevo summa *cum* pace fruatur — IV 539 praesertim si *cum* summost clamore profusus — V 624 *cum* caeli turbine ferri — VI 95 ut insigni capiam *cum* laude coronam — VI 1202 multus capitis *cum* saepe dolore corruptus sanguis expletis naribus ibat — VI 1285 multo *cum* sanguine saepe rixantes — VI 75 placido *cum* pectore adibis.

Paulo durius dicta sunt haec:

II 166 qua quicque geratur *cum* ratione;

VI 1233 maesto *cum* corde jacebat.

Ut ad significandam rem, quam quis secum gerit, poëtae „in“ praepositionem cum ablativo coniunctam admittunt, quemadmodum Graeci uti solent praepositione ἐν*), ita ex translata hac dicendi ratione apud Lucretium „in“ praepositio posita est in his exemplis: II 309, III 111 *in* dolore esse — II 819 *in* quovis esse nitore — III 84 *in* summa pietatem evertere fraude; quamquam haec Lachmanni lectio non omni

*) cfr. Kuehner, *Ausf. Gramm. der griech. Sprache* II § 431 p. 403; Hoerle, l. c. p. 62 adn.

dubitatione caret, codices habent: in summa pietate (Itali „pietatem“) evertere *suadet*; Bernaysius dedit: „in summa pietatem evertere *clade*“; sed Munro „*suadet*“ vocem in suspicionem vocandam esse negans in antecedentibus post v. 82 versum excidisse coniecit hoc fere sensu: „qui (*scil. timor*) miseros homines cogens scelus omne patrare, hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitiai, rumpere et in summa pietatem evertere suadet“; ac ne quis in verbis „in summa“ offendat, Munro conferri jubet auct. bell. Alex. 71: „agere — postulare — interponere, in summa frustrari coepit.“

III 288 in ira cum fervescit — III 581 quin in taetro tabescat odore — III 537 in sensu debet majore videri — IV 454 in summa corpus jacet omne quiete — IV 1156 summoque in honore vigere — Audacius autem et magis poëtico colori accommodate dicta sunt haec: VI 556 nisi umor destitit in dubio fluctu jactarier intus *(scil. in vase)*.

Atque ne aliarum quidem praepositionum usus a modali ratione exprimenda abhorret. Invenimus enim praepositiones:

de: VI 604 quadam *de* parte, VI 820; quod plane idem significat atque „quodammodo“. Adde I 437 nulla *de* parte, II 235 — III 643 *de* subito.

ex: I 667 nulla *ex* parte, IV 721 — IV 830 utraque *ex* parte — V 721 dimidia *ex* parte — VI 694 magna *ex* parti — IV 574 *ex* ordine, V 418 — V 679 *ex* ordine certo — IV 1210 (1204) summis *ex* viribus. — Adde: I 854 *ex* aequo, III 125 IV 1195 *ex* animo.

per: IV 847 *per* artem, V 10 — VI 181 *per* vim;

sub: IV 543 graviter *sub* murmure mugit — IV 785 omnia *sub* verbone creat natura creatque? — IV 1122 alterius *sub* nutu degitur aetas. Hic praepositionis „sub“ usus paucis exemplis aliunde petitis demonstrari potest, veluti legitur apud Propertium V, 7, 95 „haec querula *sub* lite peregit“; praeter poëtas Tacitus, Livius, inferioris aetatis scriptores hanc praepositionem raro usurpabant, cfr. Tac. Ann. III, 68, 1 Tiberius, quae

in Silanum parabat, quo excusatius *sub exemplo* (= *exemplo prolato*) acciperentur, libellos.. recitari jubet, vel Colum. I, II, 1: *sub hoc* enim *metu* cum familia villicus erit in officio. —

4. De ablativo qualitatis.

Duplex rursus exstat huius ablativi usus: nam aut praedicative cum verbis „esse, fieri, similibus" conjungitur aut nomini appositus vim habet attributivam. Invenimus autem apud Lucretium paulo ampliorem huiusmodi ablativi praedicatum efficientis usum quam apud ceteros scriptores. Nam conjungitur cum verbis.

a) esse: I 232 mortali corpore quae sunt; cf. I 242, 297, 609, 861, 887, 913; II 295, 341, 482, 498, 764, 787, 909, 1080, 1086; III 177, 620, 749; IV 426, 1171, 1190; V 245, 540, 1170, 1280; VI 100, 102, 671, 936, 1035.

Praecipue notabilia sunt: IV 392 et assiduo sunt omnia motu — III 897 factis florentibus esse — VI 782 quam multae sint homini res acriter infesto sensu.

fieri: II 765 marmoreo fieri.. candore — III 293 pectore tranquillo qui fit voltuque sereno, cfr. III 331 — V 1277 fit nullo denique honore — VI 127 uti fiat spisso cava corpore circum;

perfectum esse: II 409 dissimili.. perfecta figura, II 524, 671;

compactum esse: V 879 duplici natura et corpore bino ex alienigenis membris compacta.

exstare: III 195 non tam levibus exstat corporibus — III 987 immani proiectu corporis exstet.

formare: V 1260 et simili formata videbant esse figura;

cooriri: V 838 portenta creare conata est mira facie membrisque coorta;

nasci: IV 771 alioque est altera nata inde statu — V 913 aut hominem tanto membrorum esse impete natum;

haberi: IV 482 quid majore fide porro quam sensus haberi debet?

reperiri: I 488 credere quicquam .. solido reperiri corpore posse — IV 480 nam majore fide debet reperirier illud;

videre: V 1170 squ. divom .. egregias .. facies .. videbant et magis in somnis mirando corporis auctu; cfr. Schmalzium, § 98, 1, pag. 432.

adnotatio: Hoc ablativi genus cum sine dubio affinitate quadam cum ablativo vel modi vel comitatus cohaereat, mirum non est, quod etiam praepositio „cum" similiter usurpatur: I 347 esse .. raro *cum* corpore; I 774, V 126, VI 631, 1059; V 352 quia sunt solido *cum* corpore, V 364 — VI 5 virum tali *cum* corde repertum — III 201 quaecumque magis *cum* pondere magno asperaque inveniuntur; quo loco cum verba „cum pondere magno" et „aspera" inter se respondeant, ratio sermonis Lucretiani optime illustratur.

b) Jam exempla ablativi attributivi praetermissis eis, quae Holtzius p. 28/29 affert, in medium proferamus:

I 329 corporea .. omnia natura — I 545 immortali primordia corpore — I 886 dulcis guttas similique sapore — II 380 dissimili .. quaedam .. figura — II 414 simili .. primordia forma, cfr. IV 542 — II 542 unica res quaedam nativo corpore sola — II 715 multaque caecis corporibus — II 767 canos candenti marmore fluctus — II 825 nigros . . cycnos aut alio quovis uno varioque colore — II 860 molli lenta, fragosa putri, cava corpore caeco — II 1093 tranquilla pectora pace — III 7 tremulis .. artubus haedi — III 657 lingua vibrante, minanti *) serpentem cauda, procero corpore utrimque — III 1008 aevo florente puellas — IV 404 rubrum tremulis jubar ignibus — IV 710 noctem explaudentibus alis auroram —

*) minanti serpentis caude procero: codd., micanti serpentem cauda, e procero: Lachm., micanti serpentis cauda e procero corpore, utrumque, scripsit Munro post „utrumque" lacunam statuens. Equidem secutus sum Bernaysii lectionem ut simpliciorem.

IV 901 ventus subtili corpore tenvis — IV 902 magnam magno molimine navem — IV 1029 Babylonica magnifico splendore — IV 1131 eximia veste et victu convivia — IV 1223 varia . . sorte figuras —

V 556 magno pondere . . corpus — V 611 multum caecis fervoribus ignem — V 825 volucres variantibus formis — V 893 semimarinis corporibus Scyllas — V 1074 equus florenti aetate juvencus — V 1205 stellis micantibus aethera —

*VI 549 non magno pondere tota — VI 688 calidum flammis velocibus ignem — VI 691 crassa . . caligine fumum — VI 692 mirando pondere saxa — VI 722 nigra virum percocto saecla colore, 1109 — VI 807 taetro . . . odore bitumen — VI 857 supter tam crasso corpore terram — VI 860 suum radiis ardentibus aestum — VI 958 nil est nisi raro corporis nexu (cfr. Lachmann. comm. p. 405).

Quibus exemplis longe maximo huiusmodi ablativorum numero res ad corporis eiusque membrorum qualitates spectantes indicari cognoscimus.

Restat, ut ea exempla afferamus, in quibus praepositio „*cum*“ cum ablativo conjuncta attributi vice fungitur:

II 367 tremulis *cum* vocibus haedi — IV 1126 grandes viridi *cum* luce smaragdi — V 864 levisomna canum fido *cum* pectore corda — V 904 triplici *cum* corpore . . . una Chimaera — VI 73 placida *cum* pace quietos — VI 439 lento *cum* corpore nubem — VI 1268 languida semanimo *cum* corpore membra.

5. De ablativo limitationis.

Hic ablativus ad eam rem significandam adhibetur, in qua vis verbi apparet vel cuius ratione habita aliquid dicitur. Adjungitur autem et a) verbis et b) adiectivis.

a) capi: IV 1022 quasi mentibus capti;

concedere: III 376 numero quoque concedunt;

concruciari: III 148 non omni concruciamur corpore;
confundere: V 580 specie confusa videntur;
consentire: II 915 vitali . . consentire . . sensu;
contendere: II 11 contendere nobilitate;
deficere: VI 1233 deficiens animo;
differre: II 348 inter se differre figuris; II 514, 685, IV 656: foraminibus debent differre figurae;
discrepitare: II 1018 positura discrepitant res;
distare: I 826 et re et sonitu distare, II 334, 497, III 32;
fieri: I 981 quid telo denique fiat; III 365;
fugere: VI 780 aspectu fugienda;
labi: II 176 omnibus rebus .. a vera lapsi ratione videntur;
laetari: III 109 laetatur corpore toto;
mutare: I 681 mutarique ordine quaedam — V 273 qui corpore toto . . mutatur;
praecellere: II 161 praecellere nobilitate;
praestare: I 358 praestare pondere; III 428, V 1107, 1179; contra V 1355: nam longe praestat in arte;
sequi: III 902 dictisque sequantur*);
summitti: I 92 genibus summissa;
superare: III 1043 ingenio superavit;
vigere: V 1107 corde vigebant — 1298 dextraque vigere;
vitare: VI 779 tactu vitanda.

Nonnumquam etiam tales ablativi reperiuntur, quibus cum oratio posset plane carere, notio tamen verbi completur atque augetur, quae dicendi abundantia optime ad poëticum sermonem accommodata est. Cuius rei apud Lucretium exempla sunt haec:

II 387 ignis noster hic e lignis ortu taedaque creatus; „ortu“ scripsit Lachm., codd. scripturam „ortus“ nimis ineleganter dictam esse ratus. Sed VI 909 „quia fit patriis in finibus ortus“ quo ipso quoque loco Lachm. legi jubet „ortu“, traditam lectionem cum Munrone tenendam esse puto.

*) cf. Staedlerum, *de sermone Lucretiano*, diss. Jen. 1869, p. 30, qui hunc ablativum limitativum esse defendit.

II 629 Curetas nomine . . memorant;
VI 740 quod Averna vocantur nomine; nam non satis causae esse puto, cur cum Lachmanno „quo“ scribamus pro „quod“, quod habent codices Lucretii et Nonii p. 14,8, cf. Munro.

b) acris: IV 709 acria visu;
aemulus: I 296 factis et moribus aemula;
alienus: III 961 aliena tua . . aetate;
asper: VI 778 aspera adactu*) — VI 1150 tactu;
bonus: II 408 bona . . et mala tactu, cfr. Verg. Georg. III 416 mala tactu vipera;
daedalus: II 505 daedala chordis;
dissimilis: II 720 tota natura dissimiles;
facilis: IV 889 facile est factu;
gravis: VI 1150 motu gravis;
incertus: IV 1104 incerti corpore toto;
maturus: IV 1031 ubi ipsa dies membris matura creavit; cf. Ovid. met. VIII 617 Lelex animo maturus et aevo;
similis: II 372 non tamen omne quicque**) suo genere inter se simile esse videbis;
sterilis: IV 1251 steriles Hymenaeis . . pluribus;
tenuis: IV 728 tenuia textu;
tertius: I 433 tertia . . numero natura;
tristis: VI 780 saporeque tristia.

Semel pronomini ablativus limitativus adicitur: II 896 motibus, ordinibus, posituris denique quae sint — Semel praepositione „ex“ haec, de qua agimus, relatio exprimitur: III 109 miser ex animo.

6. De ablativo comparationis et mensurae.

Ablativus comparationis a Lucretio ita usurpatur, ut plerumque cum comparativo adiectivi neutrius generis singularis ponatur, cf. I 700 quid certius ipsis sensibus

*) cf. Lachm. comm. p. 393; Holtz. l. c. p. 22.
**) cf. Lachm. comm. p. 94.

esse potest; I 729 II 507 510 III 243 III 977 IV 557 1231 1244. Unus tantum locus exstat, quo adiectivum pluralis numeri occurrit: V 500 et leviora aliis alia. Adverbii autem comparativi cum ablativo coniuncti usus, qui veteribus scriptoribus familiaris videtur fuisse (cf. Antoine, l. c. p. 187), paulo latius apud Lucretium patet: I 652 amplius hoc — III 952 amplius aequo — III 313 clementius aequo — II 1035 magis his rebus*); cf. III 274 444 V 629 1132 (1135) VI 576 773 — V 730 aut minus hoc illo**) sit cur amplectier ausis — VI 972***) qua nil est quod amarius frondeat esca — VI 995 aliis aliud citius transmittere — Adde II 200 plus parte = plus *parte aequa* (IV 1231), cf. Munr. ed. II p. 130.

Singulare in hoc genere exemplum est

*IV 414 „conlectus aquae digitum non altior unum". Nam usu in comparativis „plus, minus, amplius, similibus" satis vulgari (cf. Draeg. Hist. Synt. I² § 246, 5, p. 566) ad comparativum „altior" translato non mutatus est accusativus, cum intellegendum sit: „conlectus aquae altus non plus unum digitum".

b) De ablativo mensurae, quoniam plurima exempla Holtzius l. c. p. 13/14 composuit, unum adscribam exemplum, in quo pro ablativo accusativum Lucretius posuit: *IV 112 tantum sunt infra nostros sensus; qui usus quamquam non plane ab optimorum scriptorum sermone abhorret — legimus enim apud Ciceron. de orat. III, 24, 92 „non multum est majus", ad fam. 3, 11, 1: „etsi permultum ante" — tamen priscis praecipue scriptoribus et aurea, quam dicimus, aetate posterioribus proprius erat. Cfr. Schmalz. § 97, adn. 1, p. 431 et Kuehn. II¹ § 81, 18, adn. 21 p. 295.

---

*) cfr. Verg. Aen. IV 31 o luce magis dilecta sorori.

**) cfr. Horat. sat. I, 6, 24 gloria trahit curru non minus ignotos generosis.

***) ita versum in codicibus corruptissimum restituit Lachmannus.

7. De ablativo loci*).

Primum quidem, ut in pedestri sermone, ablativum non addita praepositione poni videmus in iis nominibus, quae generalem habent loci notionem: locus, regio, spatium.

II 534 regione locoque alio — IV 458 conclusoque loco — II 592 multis . . locis; III 548 IV 380 — IV 370 locis certis — II 607 eximiis locis, quae exempla eo discrepant a Ciceronis sermone, quod is ante pluralem „locis" praepositionem omittere non solet, nisi accedat pronomen vel demonstrativum.

II 260 nec regione loci certa; II 292 249 III 616 — VI 762 Puteis Orci regionibus — VI 892 multis aliis regionibus — II 99 brevibus spatiis, II 219 — IV 178 longo spatio. Sed haud raro etiam praepositiones cum his ablativis conjunguntur:

II 1099 omnibus *in*ve locis — IV 786 eadem *in* regione locoque — IV 798 locis *in* quisque — VI 415 *in* multis regionibus — VI 301 *in* spatio longoque meatu — VI 452 hoc supero *in* caeli spatio — VI 622 *in* tanto spatio.

Ex hoc dicendi genere translato explicandus videtur ablativi usus in his exemplis: IV 855 quo genere inprimis sensus et membra videmus — V 59 quo genere inprimis animi natura reperta est — V 51 hunc hominem numero divom dignarier esse; quo loco quamquam facile, ut Bentleius voluit, scribi poterat „hunc hominem *in* numero", veluti legitur V 123: „inque deum numero quae sint indigna videri", tamen ablativum sine praepositione positum Munro exemplis collatis satis defendit.

Eodem referri possunt ablativi „parte" et „partibus", quos praepositione omissa a Lucretio non dici nisi genetivo addito Lachmannus comm. I 483 p. 58 docet. Tres autem loci exstant huius generis:

V 769 certa mundi .. parte — I 181 alienis partibus anni — V 701 alternis partibus anni; e quibus primum huc spectare apparet. Atque injuria Holtzius Lachmanni

*) cf. Holtz. l. c. p. 8/9.

sententiam redarguisse sibi visus est collato IV 328: „parte interiore latebunt"; nam ibi „parte interiore" habere vim instrumentalem facile cognocitur. Praepositiones autem inveniuntur hae:

de: IV 932 externa *de* parte — V 522 omni *de* parte
ex: I 217 *e* cunctis partibus, 996 III 30 107 — IV 515 aliqua *ex* parti — V 511 *ex* utraque parti — VI 1029 *ex* una . . parte
in: II 1075 aliis *in* partibus — III 611 *in* parti quemque sua — III 792 quavis *in* parte = V 136 — V 147 *in* mundi partibus ullis — V 696 certis *in* partibus — V 734 illius *in* parte locoque — adde IV 293 fit ut *in* laeva (*scil. parte*) videatur.

Adjungimus exempla, quibus adiectiva: „totus" aut „medius" nominibus adiciuntur, ubi ablativus localis a vulgari dicendi ratione non recedit. „Totus" autem nudo ablativo positum legitur III 154 281 IV 1104 V 254 398 1166; cum praepositione „in": *VI 629 toto terrarum . . in orbi.

„medius" semel sine praepositione, ter cum praepositione invenitur:

V 689 medio cursu — IV 420 in medio . . flumine — IV 534 in media mundi regione — VI 1115 Aegypto in media

quae quidem exempla ita inter se differunt, ut in tribus prioribus „medius" propriam suam vim habeat; in quarto autem verba „Aegypto in media" sine dubio nihil aliud significent nisi „intra fines Aegypti", quod propterea commemoratione dignum esse puto, quia his exemplis legem a Wagnero*) in carminibus Vergilianis observatam „adiectivum „medius" nudo ablativo, ubicumque improprie dicatur, poni" ad Lucretium non pertinere demonstratur.

Iam alia exempla, quae paulo majore licentia proferuntur, perlustremus; de quo liberiore ablativi localis usu disputaverunt

*) cf. Wagner, quaest. Vergil. XIV.

Overholth. Synt. Catull. p. 32, P. Hau, de casuum usu Ovidiano, p. 101 sq.

Nam cum in soluta quidem oratione nominibus locum significantibus praeter ea, quae supra dixi, etiamsi cum adiectivo coniuncta sunt, praepositio anteponi soleat, ab hoc loquendi more poëtae ita deflectunt, ut saepe, quaecumque est loci designatio, praepositionem omittant.

II 98 intervallis magnis . . resultant; contra I 107 *in* magnis intervallis . . recursant — II 746 caecis . . tenebris, II 798; „tenebrae" enim hic „loca tenebrosa" significare videntur; contra II 56 caecis *in* tenebris, III 88, IV 36 — adde III 90 *in* tenebris, VI 38; *in* luce II 56 III 88 VI 36 — II 1171 angustis finibus — III 794 nostro quoque constat corpore certum = V 138 — IV 212 caelo stellante — V 492 montibus altis — VI 498 nubibus ipsis — VI 579 ipsa tellure — VI 799 calidis . . lavabris.

Porro haud a re fore putamus commemorare Lucretium saepe praegressa praepositione sequentia nomina sine praepositione adjungere, qui usus tum maxime animadvertendus est, cum disjunctiva quaedam ratio inter singula intercedit, velut

III 616 gignitur in capite aut pedibus; III 791 in capite aut umeris aut imis calcibus esse = V 135.

Adde III 784 in aethere non arbor, non aequore salso*) nubes esse queunt nec pisces vivere in arvis — V 175 in tenebris vita ac merore jacebat.

Praeterea etiam non addito vel adiectivo vel pronomine nomina per se sine praepositione ablativo casu saepius a Lucretio posita sunt:

III 980 aëre — IV 96 speculis — IV 298 fronte — V 69 tellure — 219 terraquae marique — 797 terris — 603 campis = VI 712 — V 1373 collibus et campis — VI 325 nubibus — 471 litore, cf. Verg. Aen. III 277 — 660 corpore

*) „aequore in alto" codd., „aequore salso" Lachm. coll. V 129.

— 1254 casa. Porro VI 798 sedibus intus — VI 1269 fornacibus intus.

Via autem, qua motus fit, significatur ablativo: VI 689 rectis . . faucibus eicit alte. Saepe simili modo praepositio „per" usurpatur: III 398 residere *per* artus — IV 942 fit *per* membra ruina — V 772 magni *per* caerula mundi — V 928 *per* viscera — V 1104 *per* agros = V 1366 — V 1226 *per* mare — V 1386 *per* nemora ac silvas saltusque — V 1387 *per* loca pastorum deserta — VI 152 *per* montis — VI 250 *per* totum . . aëra —

Quae praepositionis „per" significatio quam prope accedat ad usum ablativi localis, optime confirmatur hoc exemplo:

VI 991 „manare aliud *per* saxa videtur atque aliud lignis, aliud transire *per* aurum argentoque foras aliud vitroque meare".

Nec desunt exempla, quibus ablativus simplex simili modo atque in urbium parvarumque insularum nominibus locum, unde motus fit, indicat, ubi exspectamus praepositionem „ab" vel „ex":

IV 332 speculo in speculum transfertur imago, contra cf. IV 338 *de* speculo in speculum t. i., — VI 1141 veniens Aegypti finibus.

Porro paulo insolentiore modo „ab" praepositio posita est I 935: id quoque enim non ab nulla ratione videtur; quod translate dictum esse videtur ex similitudine dictionis: *ab aliquo stare, esse,* cf. Munr. vol. II 103.

Denique praetereunda non videtur structura verborum locandi et ponendi, quae apud Lucretium priores scriptores secutum saepius praepositionem assumunt (cf. Kuehn. l. c. § 79 adn. 5):

locare: cum undo ablativo conjungitur I 978, 1022, IV 71, V 12, 420 — praepos. „in" habet: I 879, II 884, III 95, 98, 610, IV 97, 702, V 12, 1188, VI 193. Adde: VI 1184 suos consanguineos aliena rogorum *insuper* exstructa . . locabant;

constituere: IV 132 constituuntur *in* hoc caelo;
ponere: conjungitur cum praepositione
in: I 1059 III 4 90 VI 965;
sub: IV 211 sub di(v)o . . ponitur;
deponere: I 258 *per* pabula laeta corpora deponunt;
reponere: bis cum solo ablativo conjungitur III 104, 346 (v. Holtz. p. 9), contra: V 686 reponit eius *in* adversa . . parte.

8. De ablativo temporis.

Hoc in ablativo usurpando numquid Lucretianus sermo praebeat peculiare si quaerimus, hoc potissimum notandum est tempus modo nudo ablativo, modo nullo fere discrimine intercedente praepositione „in" cum ablativo coniuncta significari, quem usum ad plebis dicendi consuetudinem revocari posse docet Schmalzius l. c. § 103 adn. 2 p. 435. Nullo vero exemplo, quam fere nihil apud Lucretium inter utramque dicendi rationem intercedat, luculentius cognoscitur quam hoc:

VI 848 fons luce diurna frigidus; contra VI 873 frigidus . . fit fons in luce diurna; nam ne quis „in luce diurna" tempus ineuntis actionis, ut solet fieri, indicare suspicetur, ipsa verborum sententia obstat.

Ex exemplis autem nudi ablativi, quoniam omnia in medium proferre supervacaneum videtur esse*), ea eligamus, quae poëticam quandam licentiam habent:

IV 159 brevi spatio, 161; cfr. Horat. c. I, 11, 6 — V 618 lunaque mensibus id spatium videatur obire; ubi „mensibus" idem est atque „singulis mensibus". — VI 360 frigore enim desunt ignes ventique calore deficiunt; quocum cfr. Verg. Georg. I 300: frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur — VI 1197 octavo . . lumine solis — VI 1198 nona . . lampade — VI 1219 illis solibus —

*) ceterum cf. Holtz. p. 11.

Eodem spectat, cum ipse quoque in vim temporalem sit accipiendus, ablativus qui exstat

V 800 nova tellure atque aethere.

Jam exempla, in quibus praepositio „in" cum ablativo conjuncta est, percenseamus.

a) ablativo attributum non additur, quo quidem in usu poëta a vulgari sermone non recedit:

I 351 *in* tempore, I 1037 — I 111 *in* morte, III 866 875 880 888 — V 1171 *in* somnis = V 1181 — V 1306 *in* armis (= *in bello*).

b) ablativus attributo instruitur:

I 320, 327 *in* tempore quoque; IV 499 — I 93 *in* tali tempore — I 28 tempore *in* omni, 337 — I 98 nubendi tempore *in* ipso — III 24 tempore *in* ullo, III 114 V 878 — III 553 *in* parvo . . tempore V 106 VI 813 — III 862 *in* eo tum tempore, cum — IV 155 quovis *in* tempore, IV 797 — IV 164 temporis *in* puncto; 193 — VI 230 puncto . . *in* tempore — IV 793 nocturno . . *in* tempore — IV 1076 potiundi tempore *in* ipso — V 172 tempore *in* ante acto — V 672 *in* certo . . tempore — V 1081 alio . . *in* tempore — Adde III 771 *in* origine prima — III 885 *in* vera morte — IV 1134 quod *in* ipsis floribus angat — IV 1285 vincitur *in* longo spatio, 1287 — V 676 incertis . . *in* partibus anni —

Similiter etiam aliae praepositiones usurpantur:

ab: I 554 *a* certo tempore, cf. Munr. II p. 75; I 769 tempore *ab* omni;

in c. accusativo conjunctum: VI 712 *in* aestatem*); quod vi distributiva dictum idem est atque „unaquaque aestate". — VI 875 *in* lucem — V 274 privas . . *in* horas, cfr. Propert. III 27, 13 totas *in* horas;

per: VI 714 medium *per* saepe calorem.

*) cfr. Munr. II 377.

Spatium temporis significatur ablativo I 1004 perpetuo . .. aevi labentia tractu, V 1216; V 161 fundatum perpetuo aevo.

9. De ablativo separationis.

Verba, quae cedendi vel movendi vim habent, apud optimos scriptores ea lege teneri constat, ut, si propriam loci notionem contineant, praepositio iis adjungatur, sin metaphorice usurpentur, solus ablativus iis adhaereat; a qua lege poëtarum sermo ita deflectit, ut saepe pro praepositione adhibeatur simplex ablativus. Lucretius autem, quamquam huius libertatis exempla non omnino desunt, tamen minus saepe ea usus et quam posterioris aetatis poetae*); quin etiam interdum praepositionem exhibuit, ubi vel ab optimis prosae orationis scriptoribus solus ablativus poni solet.

Jam in exemplis perlustrandis rem ita instituamus, ut non solum verba simplicia et composita distinguamus, sed etiam in utroque genere ea, quae aut nudo ablativo aut praepositione instructa sunt, ab iis, quae tantum cum praepositione conjuncta apud Lucretium leguntur, sejungamus.

a) **verba simplicia:**

α) arceri: I 183 concilio arceri, III 685;

ferri: III 497 or e foras glomerata feruntur — contra exstat praepos.; ab: IV 164 225 284 VI 931 (935) — de VI 76;

fundere: III 1033 animam moribundo corpore fudit; V 812 venis cogebat fundere apertis — Praepositio invenitur: de: IV 53;

ire: VI 1203 expletis naribus ibat, cfr. Verg. Aen. IV 130 it portis . . delecta juventus;

manare: V 1255 manabat venis ferventibus — contra V I 944 manat . . e toto corpore sudor;

---

*) cf. Antoine, l. c. p. 161 sq., P. Hau l. c. p. 73 sq., Hoerle l. c. p. 67, Dräg. Hist. S. I² p. 501.

mittere: II 194 nostro . . missus corpore sanguis — V 1244*) seu caelo fulmine misso — VI 247 „nam caelo nulla sereno nec leviter densis mittuntur nubibus unquam“ dubitari potest, utrum ablativi „caelo — sereno“ et „leviter densis — nubibus“ a verbo „mittuntur“ pendeant an pro ablativis absolutis habendi sint (cfr. quae supra diximus pag. 32). Ceterum cfr. Ovid. am. III, 2, 66 „aequo carcere misit equos“; Propert. IV, 12, 5: „aurum mittit formica metallis“. Contra verbo adhaeret praepos. a II 1135 IV 43 64 564; de II 1124 IV 43 64 59 84 VI 329;

migrare: III 757 ordine migrant;

movere: III 585 mota loco;

scatere: V 952 plano scatere atque erumpere campo;

solvere: II 46 curaque solutum, III 687 — contra III 594 toto solui de corpore velle — IV 908 animi curas e pectore solvat;

tollere: VI 470 per multa mari quoque tollere toto corpora naturam;

volvere: VI 1154 spiritus ore foras taetrum volvebat odorem;

β) cedere: conjungitur cum praepos. de III 223; ex III 218; cfr. contra Verg. Aen. III 121 pulsum regnis cessisse paternis;

flare: V 906 ore foras acrem flaret de corpore flammam;

fluere: assumit praep. ab IV 144, 218, VI 921, 924; de IV 309 V 275; ex IV 157, VI 1002; cfr. etiam V 949 quibus e . . umoris fluenta;

fugere: I 1091 a medio fugiens — II 715 fugiunt e corpore;

labi: I 637 a vera lapsi ratione, II 176;

b) **verba composita.**

α) abesse: IV 408**) vix absunt nobis, cfr. Cic. acad.

---

*) non recte igitur Draeg. Hist. S. I² p. 503 primum apud Flor. 2, 6, 9 legi („*velut caelo missa*“) mitti cum solo ablativo coniuntum dicit.

**) hunc usum perrarum esse docet Draeg. l. c. p. 504.

1, 1: paullumque cum eius villa abessemus. Contra cum praepos. ab: IV 244 V 630;

abscidere: III 654 abscisum calido viventeque trunco;

abrumpere: II 214 abrupti nubibus ignes, cfr. Cic. Philipp. 14, 12: haec se prima latrocinio abrupit Antonii;

abundare, quod eodem sensu dicitur atque emanare: II 1089 rebus abundans, V 262, 817; contra exstat praepos. de IV 145 V 920, ex IV 91;

auferre: III 717 ita sinceris membris ablata — praep. ex legitur III 439 IV 535 VI 825;

avellere: II 257 fatis avolsa potestas, III 563; contra V 313 avolsos silices a montibus;

avertere: IV 1273 locis avertit seminis ictum; cuius structurae perpauca inveniuntur exempla, cf. Verg. Aen. I 38 Italia Teucrorum avertere regem, Caes. b. c. III, 21 eo intinere sese avertit;

decedere: II 34 decedunt corpore febres, IV 1042;

decidere: V 936 arboribus . . decidere falcibus ramos;

deducere: I 370 deducere vero, III 535, quae dictio apud solos poëtas legitur;

deferre: III 132 alto delatum Heliconi — contra I 118 detulit ex Helicone;

demittere: V 674 malis demittere barbam, VI 445, cfr. Verg. Aen. IV 268 me claro demittit Olympo; inter pedestris autem sermonis scriptores Livium primum „demittere" cum solo ablativo conjunxisse (V, 54,7 *ancilia caelo demissa)* Draegerus docet. — Contra habet praep. de VI 427 433 II 1154; ex VI 257;

desurgere: V 703 certa desurgere parte;

detrahere: III 442 detracto sanguine venis; contra cum praep. ab V 685, de III 225, ex IV 536;

detrudere: V 639 detrudere signis, cfr. Verg. Aen. I 145 detrudunt scopulo naves;

deturbare: V 401 deturbavit equis; cfr. Cic. fam. 12, 25, 2 „certa re jam et possessione deturbatus", quem

ablativi usum satis rarum esse Draeg. l. c. pag. 509 testatur, cum apud Caesarem e. g. hoc verbum non legatur nisi cum praepos. „de“ vel „ex“ coniunctum, apud Livium semper assumat praepos. „ex“;

differre: IV 477 dubium certo differre — contra I 1088 a medio differrier;

dimittere: III 924 dimittunt corpore sensum;

dissolvere: III 903 dissolvant animi magno se angore metuque;

distinguere: I 525, 527 corpus inani distinctum;

edere*): V 1076 fremitum patulis ubi naribus edit;

efflare: VI 681 foras vastis Aetnae fornacibus efflet;

effluere: VI 795 manibus nitidum teneris opus effluit ei;

effugere: II 45 effugiunt animo, cfr. Plaut. Merc. 666 clam patrem patria hac effugiam. — Cum praep. „ex“ invenitur II 305;

effutire: V 910 effutiat ore;

eicere: IV 1272 eicit enim sulcum recta regione, V 984 VI 689; contra: III 57 pectore ab imo eiciuntur, III 877 e vita se tollit et eicit;

emittere: IV 504 manibus suis emittere, 548; contra: IV 694 ex alto primum quia vix emittitur ex re;

eructare: III 1012 eructans faucibus;

erumpere: I 162 erumpere caelo, 724 IV 1115 V 458 952;

exciere: IV 37 sopore excierunt;

exire: I 670 suis . . finibus exit, I 792 II 753 III 519 772 IV 514 1041 1148 VI 120 1221 — contra V 794 de salsis exisse lacunis — III 1060 exit saepe foras magnis ex aedibus; praecipue vero notandus est locus V 833, qui idem occurrit V 1278, ubi legitur: e contemptibus exit; plane contrariam enim hic communi dicendi consuetudini rationem Lucretium sequi videmus; nam cum ad meram notionem localem

*) non satis recte igitur Draeg. Hist. S. I² p. 510 dicit edere cum ablativo coniunctum primum inveniri apud Livium VI, 33, 5, deinde apud posteriores poëtas.

indicandam nudum ablativum ponat, verbum translate usurpatum cum praepositione conjungit; cf. contra Cic. Phil. 11, 6, 13 qui se exire aere alieno putet posse.

expellere: III 358 expellitur aevo; contra V 49 ex animoque expulerit;

exprimere: IV 548*) corpore nostro exprimimus;

exsolvere: I 392 artis . . nodis exsolvere, IV 7; contra cum praepos. „ex" ponitur I 811, III 697, quae exempla usus plane singularis Draegerus l. c. p. 515 neglexit;

exspirare: III 720 rancenti jam viscere vermes exspirant. Contra legitur praep. de II 354 IV 124;

exstare: V 1034 cornua . . priusquam frontibus exstent;

extrahere: III 329 corpore toto extrahere;

protrahere: IV 1189 animo tamen omnia possis protrahere;

recedere: IV 695 recedere rebus odores, V 860 — cfr. Ovid. met. IX 702 thalamoque recessit — Plaut. Amphitr. I, 1, 84 nec recedit loco — contra cum praep. ab coniunctum invenitur I 410 II 229 IV 65 130 737; cum de: IV 344, cum ex: IV 862.

reicere: II 110 conciliis . . rerum reiecta, IV 570; cfr. Plin. n. h. 26, 12, 82 ore sanguinem reicere. Contra exstat praepos. ab V 641, VI 80.

remittere: V 852 membris manare remissa;

removere**): II 839 sonitunque remota; III 404, V 125; — contra III 882 nec removet satis a proiecto corpore; V 149, 350.

secernere: I 194 secreta cibo natura animantum; ceteris locis habet praepos.

ab: I 431 II 912 III 552 625 IV 467 V 446;

secludere: V 753 secludere solis lumine;

---

*) Draeg. Hist. S. I² p. 514 igitur non recte hanc structurum inveniri apud Plinium solum dicit, n. h. 21, 19, 74 *sucus, qui flore expressus est.*

**) cf. Draeg. l. c. p. 517, qui hunc usum revocandum esse ad Ovidium et Livium non satis accurate dicit.

sejungere: II 18 corpore.. seiuntus; contra I 431 ab omni corpore seiunctum, I 861;
semovere: II 19 cura semotus metuque, IV 271 — Praep. ab exstat I 51, 463, II 648, III 66.
β) abhorrere: I 945 volgus abhorret ab hac; IV 20;
abluere: IV 875 de corpore nostro abluitur;
amittere: IV 541 amittit de corpore partem;
decidere: III 645 ab artibus id quod decidit;
deerrare: I 711 a vero deerrare, III 60;
deicere: V 1125 e summo deicit ictos invidia;
delibare: VI 621 parvam delibet ab aequore partem;
demere: III 908 maerorem e pectore demet;
deripere: IV 32 de corpore dereptae;
descendere: VI 427 de caelo descendat;
desciscere: I 103 a nobis desciscere;
diffluere: III 197 ab summo tibi diffluat;
discedere: III 712 cibis ex omnibus discedunt;
dispellere: I 1017 dispulsa suo de coetu;
dissilire: I 385 de concursu.. dissiliant;
dissipare: II 210 summo de vertice dissipat ardorem;
distare: I 758 a vero distat, IV 288, V 122;
dividere: I 720 dividere a finibus, III 271;
elicere: III 58 pectore ab imo eliciuntur*)
emanare: III 582 ex imo.. emanarit;
eripere: I 218 ex oculis res quaeque.. erepta;
evellere: III 327 e thuris glaebis evellere odorem;
evertere: V 163 ab imo evertere**);
excipere: V 829 ex alioque alius status excipere omnia debet, V 835;
excutere: VI 687 ab ollis excussit;
exspuere: II 1041 exspuere ex animo;
extollere: III 1 e tenebris tantis extollere;
profluere: V 601 ex uno capite hic ut profluat ardor;

*) assentior enim Bernaysio, qui codicum lectionem retinuit; contra Lachmannus: „*eiciuntur*."

**) hoc Draeg. l. c. p. 512 afferre debuit.

profundere: I 88 ex utraque parte profusa est; VI 6 ex ore profudit;
provolvere: VI 553 e terra provolvitur;
refrenare: I 850 ab exitio refrenat;
repellere: I 880 a vera ratione repulsum est — cfr. II 645 V 406 VI 767;
resilire: IV 347 resilire ab rebus, IV 685;
respuere: VI 1054 respuit ab se; VI 68 respuis ex animo;
retentare: II 729 a terris omne retentant;
secedere: V 707 solis secedit ab orbi.

Adjungimus adiectiva et adverbia, quae cum ablativo separativo vel cum praepositione conjunguntur:

a) adiectiva: avius: II 82 avius a vera ratione; extorris: III 48 extorres.. patria*); liber: I 1048 a coetu libera.

b) adverbia: longe: I 312 longe nostris ab sensibus, cfr. III 924, V 23, VI 853; longiter: III 676 a leto jam longiter errat; III 789 a nervis et sanguine longiter esse, cfr. V 133; procul**) I 812 dubio procul; cfr. II 8, 261, III 638, V 258, VI 249, 719, 1039; quam structuram inter scriptores prosae orationis primus Livius admittit. Cum praepos. „a" exstat IV 195, V 107, 431, VI 1104; seorsum: III 564 seorsum corpore toto.

---

*) cfr. R. Kuehn. l. c. p. 268 § 80 adn. 2.
**) cfr. R. Kuehn. l. c. p. 268 § 80 adn. 3.

II. De Accusativo.

1. De accusativo obiecti simplici.

A.

De accusativo vel rem vel personam, in quam dirigitur vis actionis verbi, indicante, qui quidem post verba vulgo transitive usurpata legitur, non est, cur disseramus. Sed cum ea quoque verba, quae plerumque intransitiva sunt, interdum vim transitivam induere ac recipere obiectum videamus, quam late pateat hic usus apud Lucretium, eo magis juvat cognoscere, quo dhoc genus dicendi, etsi non plane a priscorum scriptorum sermone abhorreat, tamen imprimis apud Augusteae aetatis poëtas posterioresque scriptores invaluisse Draegerus confirmat, Hist. Synt. I² § 164, p. 358 sq. Haud inutile igitur erit, quae huius modi exempla apud Lucretium inveniuntur, afferre.

Pertinent autem huc:

a) verba affectum quendam animi vel eius effectum significantia:

congemere: III 934 quid mortem congemis ac fles; V 1349 dare, quod gemerent hostes;

deflere: III 907 te.. deflevimus — flere III 934 (v. s.)

inridere: IV 1157 atque alios alii inrident;

lamentari: III 952 atque obitum lamentetur;

lugere: V 1139 magnum lugebat honorem;

mirari: IV 858 illud item non est mirandum — VI 654 mirari multa relinquas -- VI 910 hunc homines lapidem mirantur — adde VI 692 mirando pondere saxa;

pavitare: II 58 quae pueri.. pavitant, III 90 VI 38.

b) verba, quae notione loquendi praedita sunt:

canere: II 600 hanc veteres Graium docti cecinere poëtae — V 327 non alias alii quoque res cecinere poëtae? — contra vide infra p. 59.

increpare: III 932 rerum natura... hoc alicui nostrum

increpet ipsa; cfr. Verg. Aen. IX 502: tuba terribilem sonitum increpuit;

latrare: II 17 nil aliud sibi naturam latrare;

loqui: IV 590 cetera*) de genere hoc monstra ac portenta loquontur; cfr. Propert. V, 1, 64 fibra locuta deos.

reboare: IV 544 et reboat**) raucum regio cita barbara bombum — contra hoc verbum vim habet causativam: II 28 nec citharae reboant laqueata aurataque ***) tecta.

Nam quamquam non desunt, qui „citharae" pro dativo habeant, veluti Kiesslingius, qui hunc versum confert cum Horat. carm. III, 10, 6: „quo nemus inter pulchra satum tecta remugiat ventis", nisi quod Gifanium secutus legit „nec citharis reboant", tamen, cum verbum resonandi plane simili modo atque significatione exstet apud Verg. Aen. VII, 11 „Solis filia lucos .. resonat" (cfr. Antoine, l. c. p. 44), Kiesslingii interpretationem probandam esse vix puto.

vociferari: III 14 ratio tua coepit vociferari naturam rerum.

c) verba, quibus subest vis movendi vel eundi:

cedere: V 986 cedebant nocte paventes hospitibus saevis instrata cubilia fronde;

corruere: V 368 quae possint forte coorta corruere hanc rerum .. summam;

erumpere: I 724 faucibus eruptos . . ignis — IV 1115 tandem ubi se erupit nervis conlecta cupido — VI 583 vis exagitata foras erumpitur. Apud Vergilium quoque „erumpere" transitiva vi dicitur, Aen. I 580 fortis Achates et.. Aeneas interdum erumpere nubem ardebant". — Intransitive positum est: V 458 terrae partibus erumpens primus se (*codd. „et"*) sustulit aether;

intrare: IV 660 caulas intrare palati;

ire: I 1005 ut restet minus (h. e. minus *viae*, ut interpretatur Wakefieldius) ire meando.

---

*) „cetera" Itali et Marullus, codd. „petere".

**) „reboat" corr. quadrati pro „revorat"; „regio" Lachmannus pro „retro".

***) Lachmannus maluit „ornataque tecta"; Bernaysius: „arquataque tecta".

perrumpere transitive usurpatur II 407 „introituque suo perrumpere corpus“;

prorumpere: VI 436 prorumpitur venti vis — intransitivum est II 264 VI 591;

ruere, ut plerumque solet, vi intransitiva dicitur his locis I 1105, IV 403, 507, V 96, 307, 313, VI 726 — cum accusativo conj. I 272 ingentisque ruit navis, 289, 292; V 1325 terram minitanti fronte*) ruebant — cfr Verg. Aen. I 35 spumas salis aere ruebant — I 85 totumque *(sc. mare)* a sedibus imis una Eurusque Notusque ruunt — IX 516 immanem Teucri molem volvontque ruuntque;

scandere: II 1123 gradus aetatis scandere — adde VI 469 montis cum ascendimus altos;

subruere: VI 545 ingentis speluncas subruit aetas;

vegere: V 532 quae vegeat**) motum signis; cfr. Enn. Ambr. apud Non. p. 183: „aequora salsa veges ingentibus ventis“ et Senec. de tranquillitate animi cap. 15: „vinum liberat servitio curarum animum et asserit vegetque et audaciorem in omnes conatus facit.“

venari: III 727 utrum tandem animae venentur semina quaeque vermiculorum, cfr. Propert. IV, 22, 33 Peuthea venantur Bacchae;

Adde: manere aliquem „erwarten“ II 1088 III 1075 1091 VI 566 1201 — absolute autem permultis locis usurpatur;

morari transitivo sensu habet notionem „verweilen machen“: I 1044 partemque morari; II 233 IV 205 V 91 VI 245 — contra intransitive prolatum significat vel „Aufschub bereiten“ II 1068 nec res nec causa moratur ulla; VI 338 ut vementius et citius quaecumque morantur, obvia discutiat plagis; vel „*verweilen, verbleiben*“ III 120, 127 VI 519 — IV 936 quibus in rebus multum sumus ante morati. —

d) His adjungi possunt verba aliarum significationum,

*) „fronte“ Lachm., „mente“ codd.

**) „vegeat“ Gifan., „vigeat“ codd.

quorum usu transitivo Lucretius vel veterem loquendi consuetudinem imitatur vel peculiarem quandam sermonis speciem praebet.

absterrere, cuius verbi solita structura est haec: „absterrere aliquem ab aliqua re", accusativum rei, quae cui negatur, habet: IV 1064 pabula amoris absterrere sibi; IV 1234 nec divina satum genitalem numina cuiquam absterrent; V 846 quoniam natura absterruit auctum;

commeditari: VI 112 fragilis sonitus*) chartarum commeditatur; in quo illud maxime memorabile est, quod, qua hic usurpatnr verbum commeditandi significatione, quae prope accedit ad „imitandi" notionem, nusquam alibi reperitur.

consentire: II 716 quae neque conecti quoquam potuere neque intus vitalis motus consentire atque imitari; quo loco quo jure Holtzius l. c. p. 36 „vitalis motus" ex solo verbo „imitari" dependere putaverit, non video: consentire enim idem hic significare atque „una sentire", cuius significationis exempla inveniuntur III 153, 169, 801, proptereaque cum accusativo, quamvis singularis sit dictio, conjungi Lachmannus comm. p. 115 docuit.

consuescere: VI 397 an tum bracchia consuescunt firmantque lacertos; cfr. Colum. XI, 1, 19; consuescantque rusticos circa larem domini epulari.

insuescere: IV 1282 ut facile insuescat secum nos**) degere vitam; cfr. Horat. sat. I, IV, 105 insuevit pater optimus hoc me, ut fugerem;

frui: III 940 quae fructus .. es, IV 1078, 1095;

fungi: III 734 mala multa .. fungitur, III 801 V 358; perfungi: III 956 omnia perfunctus vitai praemia;

officere: II 156 officiuntur — IV 763 corporis offecti

*) „sonitus" in codicibus omissum Itali inseruerunt nec pro certo haberi potest.

**) in codicibus „nos" deest, addidit Lachm., Bernays. et Munro suppleverunt „te".

sensus — V 776 offecto lumine; quam dicendi rationem praeter Lucretium Hirtius secutus est, bell. Afr. 61: Caesar adversariorum excursionibus iter officere non intermittit — contra cfr. IV 732 quacumque meantes officimus — VI 449 montisque necesse est officere in terris.

parcere: II 1163 usque adeo parcunt fetus augentque labore; cf. Plaut. Curc. III 10 „nisi eam mature parsit, mature esurit".

potiri: II 653 potitur primordia, III 1038, IV 761;

pugnare: V 729 proinde quasi id fieri nequeat, quod pugnat uterque;

quaesere: V 1229 „ac prece quaesit ventorum pavidas paces animasque secundas," quem versum a Lachmanno uncis inclusum Bernaysius retinuit, Munro recte videtur defendisse. Exstant enim exempla similia apud vetustiores scriptores, cf. Enn. annal. 146: nautis mari quaesentibus vitam.

vigilare: III 142 noctes vigilare serenas, cfr. Verg. Georg. I 313 quae vigilanda viris; Propert. IV, 14, 2: nec veniat sine te nox vigilanda mihi.

e) Denique huc pertinent ea verba intransitiva, quae cum praepositionibus composita in vim transitivam abeunt obiectique accusativum sibi adsciscunt. Quo de usu in universum disputaverunt Draeg. Hist. Synt. I² § 169 p. 376 sq., et Kuehn. II p. 199 sq. Lucretiana autem huiusmodi exempla quoniam Holtzius l. c. pag. 35|36 et accuratius Kellerus („de verborum cum praepositionibus compositorum apud Lucretium usu" diss. Hal. 1880) collegit, pauca afferam, quae ab illis omissa sunt.

circumfundere: I 38 tuo recubantem corpore sancto circumfusa super;

circumretire: V 1152 circumretit enim vis quemque;

succedere: IV 1060 successit frigida crura;

tramittere: II 330 mediosque repente tramittunt .. campos.

De ceteris simplicis accusativi obiecti exemplis con-

ferenda sunt, quae Holtzius et Staedlerus l. c. p. 29 attulerunt, sed commemoremus usum transitivum verborum halandi et spirandi plane poëticum. Exstat enim cum obiecto coniunctum:

halare: II 848 nectar qui halat (= *nectareum halatum qui halat)* — VI 221 notaeque gravis halantis sulpuris auras (codd. „*auris*", Marullus „*auras*") — VI 391 flammas ut fulguris halent — VI 523 umorem tota redhalat.

spirare: II 705 flammam .. spirantis .. Chimaeras (= *flammeum spiritum spir. Ch.)* — V 29 spirantes naribus ignem — V 392 tantum spirantes .. bellum; quo accusativo quasi effectus actionis verbalis significatur, de quo vide Madvig. *Lat. Gramm.* § 237 c.

B.

Veniamus nunc ad eam partem, in qua tractanda summam huius de accusativo disputationis positam esse voluimus. Paulo enim accuratius de verbis vulgo transitivis sine obiecto et quasi absolute usurpatis dicere nobis proposuimus. Nam leviter tantum Holtzius in prima capitis septimi parte pagg. 118—120 hunc usum perstrinxit; cuius quattuor genera nobis distinguenda videntur. Ac primum quidem a) de iis verbis transitivis, quae, cum accusativum non requirant, vere absoluta vi dicantur, deinde b) de iis exemplis agamus, in quibus verba obiecto quidem carent, sed ita, ut hoc ex antecedentibus facile subaudiatur, tum c) adscribam ea verba, quae saepius vi transitiva omnino exuta cum dativo vel praepositione conjunguntur, denique d) ea afferam, quae, cum actio verbalis ad ipsum subiectum referatur, sensu reflexivo a Lucretio usurpantur.

a) agere: I 41 nam neque nos agere., possumus III 963;
angere: IV 1134 quod in ipsis floribus angat;
auferre: VI 622 largiter in tanto spatio tamen auferet undis;
caecare: IV 300 sol etiam caecat;
canere: I 117 Ennius ut noster cecinit; V 405, VI 754;

capere: VI 1029 parte quod ex una spatium vacat et capit in se;

celerare: I 387 circum celerantibus auris — contra II 231 celerare casus;

coërcere: VI 954 qua circum Galli lorica coërcet (codd. „*caeli*“, Lachm. „*Galli*“);

cogere: I 499 sed quia vera.. ratio cogit;

comburere: VI 153 ut si per montis flamma vagetur turbine ventorum comburens impete magno;

consectari: V 267 consectabantur.. secla ferarum;

consopire: VI 792 lumen ubi acri nidore offendit nares, consopit ibidem;

contradicere: III 361 contra cum sensus dicat sorum („*dicat*“ Lambin., „*ducat*“ codd.);

cudere: I 1044 cudere enim crebro possunt;

declarare: V 264 magnus decursus aquarum undique declarat;

deducere: II 205 pondera, quantum in se est, deorsum deducere pugnent. Hanc enim Marulli, quem secutus est Munro, lectionem praefero et Lachmannianae: „quantum *est in se, deorsum* ducere p.“ et Bernaysianae: „quantum *in se est, deversus* ducere pugnent.“

defendere: V 1429 quae defendere possit;

deferre: V 64 nunc huc rationis detulit ordo;

effari: V 104 sed tamen effabor;

effugere: III 1069 effugere haud potis est; contra: III 750 effugeret canis.. incursum cervi — IV 822 vitium.. effugere; 1150;

expugnare: IV 1013 reges expugnant;

exspirare: VI 640 montis ut Aetnae exspirent ignes — VI 886 et simul exspirare foras exireque in auras — Contra cum obiecti accusativo conjungitur VI 810, 817.

exsuperare: V 384 vel cum sol et vapor omnis exsuperarint — VI 1277 praesens dolor exsuperabat — contra II 234 cedunt gravioribus exsuperata; III 1082 id exsuperare videtur cetera.

facere: I 443 at facere et fungi sine corpore nulla potest res; cf. III 730, IV 1012, IV 1112, 1153, 1195, V 713;

ferre: II 260 ubi ipsa tulit mens; cfr. V 103 VI 745;
gerere: IV 1012 itidem saepe in somnis faciuntque geruntque;
gustare: VI 1218 ubi gustarat, languebat morte propinqua;
inchoare: III 183 sibi mens fieri proponit et inchoat ipsa;
insequi: III 172 at tamen insequitur languor . ., cf. III 400 IV 315, 350; — transitive usurpatur VI 285: quem gravis insequitur sonitus;
inurgere: V 1035 atque infestus inurguet (codd. *„infessus“*, Itali *„infestus“*).
juvare: II 437 aut juvat egrediens genitalis per Veneris res;
laedere: II 346 vel cum laedit quae in corpore nata est — IV 534 V 544 1020; contra cf. V 1427 at nos nil laedit;
liquisse: III 598 animo male factum cum perhibetur aut animam liquisse;
memorare: II 112 uti memoro, IV 749;
minari: VI 198 ferarum more minantur;
nominitare: VI 702 ut ipsi nominitant;
obire: I 222 donec vis obiit; I 247 V 776 VI 1243; contra obiectum sibi asciscit I 135 IV 440 965 967 1020 V 418 1420 — IV 736 morte obita;
odisse: III 1069 igratis haeret et odit;
opprimere: VI 266 nec tanto possent venientes opprimere imbri;
ostendere: IV 746 ut prius ostendi; VI 997;
parere: IV 1255 quibus . . nequissent uxores parere;
pati: *„geduldig sein“* V 1053 neque enim paterentur;
pellere: VI 310 frigida cum venti pepulit vis missa sine igni;
percellere; VI 311 cum vementi perculit ictu;
pervincere: I 72 vivida vis anima pervicit;
petere: V 1055 illis iratus petit; contra V 1040 a pinnis tremulum petere auxiliatum;
praefinire: I 618 nec res praefiniet ulla;
prohibere: I 977 nam sive est aliquid, quod probeat;
propellere: IV 125 parvola causa est procul a tergo quod provehat atque propellat — VI 1026;

queri: III 955 (952) grandior hic vero si jam seniorque queratur;

remordere: III 827 peccata remordent.

repetere: I 782 repetunt a caelo atque ignibus eius;

reposcere: IV 655 namque figurarum ratio ut motusque reposcunt;

respectare: V 975 sed taciti respectabant;

respirare: VI 568 nisi respirent venti; VI 570 — contra cf. Stat. Silv. II, 2, 77 sq. malignum . . aëra . . respirantes;

rigare: VI 521 nimbique rigantes — contra VI 714 is rigat Aegyptum;

sentire: II 865 ea, quae sentire videmus; cf. II 903 910 973 989 III 118 350 354 552 625 633; transitivum autem est III 646 IV 260 282 283 492;

sentiscere: III 392 nec prius . . quam primordia sentiscant concussa animai.

suppetere: I 1050 ut plagae quoque possint suppetere ipsae;

tangere: I 304 tangere . . nulla potest res, V 152; IV 224: dilutaque contra cum tuimur, misceri absinthia, tangit amaror, VI 930.

tenere: VI 519 atque tenere diu pluviae longumque morari consuërunt; quo loco tenere intransitive usurpatum significat „*dauern, Bestand haben*“, cuius significationis exempla Munro ad hunc locum collegit. „Atque tenere“ autem Lachmannus coniecit, in codicibus legitur „at retineret“, correctores antiquissimi scripserunt: „at retinere“; ac vix dubium esse potest, quin Lachmannus verba recte emendaverit. Minus enim placet, quod Bernaysius proposuit „at remanere“, et Bergkius (Kl. Schriften I, 473) „at tetinere“. Contra tenere sensu intransitivo praeditum olim legebatur: VI 862 terra magis quod rara tenet; sed hic quoque codicum scripturam Lachmannus recte mutavit scribens „tepet“;

verberare: IV 259 ventus enim quoque paulatim cum verberat; IV 264;

vitare: VI 409 cur tonat ex illa parte, ut vitare queamus.

A quibus exemplis distinguendum est b) alterum, quod supra pag. 59 indicavimus, genus exemplorum, quorum seriem satis longam ordine dispositam nunc proferemus:

I 239 nisi materies aeterna teneret (*scil. res*) — 294 trudunt res ante ruuntque . . . ., interdum vertice torto corripiunt rapideque rotanti turbine portant — 481 sed magis ut merito possis eventa vocare corporis (*scil. ea*) — 515 si non, quod cohibet (*scil. inane*), solidum constare relinquas — 961 extremum porro nullius posse videtur esse, nisi ultra sit, quod finiat; —

II 199 nam quo magis ursimus alte deiecta . . ., tam cupide sursum revomit*) magis atque remittit — 486 fac enim minimis e partibus esse corpora prima tribus, vel paulo pluribus auge — 1155 haud . . enim mortalia saecla . . de caelo demisit funis in arva, nec mare nec fluctus plangentis saxa crearunt —

III 133 nomen ad organicos alto delatum Heliconi; sive aliunde ipsi porro traxere — 261 sed tamen, ut potero summatim attingere, tangam — 303 at natura boum placido magis aëre vivit nec nimis irai fax unquam subdita percit („*nimis irai*“ Itali; codd. „*minus ira*“) — 468 unde neque exaudit voces nec noscere voltus illorum potis est, ad vitam qui revocantes circumstant — 602 haec ipso cum corpore conlabefiunt, ut gravior paulo possit dissolvere causa — 736 sed tamen his esto quamvis facere utile corpus, cum subeant — 915 brevis hic est fructus homullis, jam fuerit, neque post unquam revocare licebit — 1079 nec devitari letum pote, quin obeamus.

*) „revomit“ ex coniectura Naugeri; codd. „removet“ Lachm. „removit“.

IV 297 ut si quis, prius arida quam sit cretea persona, adlidat pilaeve trabive — 352 obsiditque vias oculorum, ne simulacra possint ullarum rerum coniecta movere*) — 431 tecta solo jungens atque omnia dextera laevis, donec in obscurum coni conduxit acumen — 647 animantes, ut sunt dissimiles . . et generatim extima membrorum circum caesura coërcet — 657 et variare viae, proinde ac textura coërcet — 803 et quia tenvia sunt (*scil. simulacra*), acute cernere non potis est animus — 1207 quod facerent numquam, nisi mutua gaudia nossent, quae jacere in fraudem possent vinctosque tenere. —

V 178 natus enim debet quicumque est velle manere in vita, donec retinebit blanda voluptas — 215 cum . . omnia florent, aut nimiis torret fervoribus aetherius sol — 225 puer . ., cum primum in luminis oras nixibus ex alvo matris natura profudit — 363 quo quasi res possint discedere dissoluique . . neque corpora sunt, quae possint incidere et valida dissolvere plaga — 1007 tum penuria deinde cibi languentia leto membra dabat, contra nunc copia rerum mersat — 107 longe alio pacto gannitu vocis adulant (*scil. catulos*) —

VI 147 haec multo si forte umore recepit ignem, continuo magno clamore trucidat — 149 ferrum . . stridit, ubi in gelidum propere demersimus imbrem — 158 ventus enim cum confercit, franguntur in arto concreti montes nimborum et grandine mixti — 299 hoc fit idem in partis alias, quocumque tulit vis — 432 non quit vis incita venti rumpere quam coepit nubem, sed deprimit — 464 cum consistant nubila primum, . . . venti portantes cogunt ad summa cacumina montis — 510 confertae nubes . . certant: nam vis venti contrudit — 560 incumbit tellus, quo venti prona premit vis — 904 multaque . . eminus ardescunt

*) „contecta moveri“ codd., Marullus „coniecta“, Bentleius „movere“.

quam comminus imbuat ignis — 1032 hic per crebra foramina ferri . . insinuatus, trudit et impellit — 1076 sq. non si Neptuni fluctu renovare operam des, non mare si totum velit eluere omnibus undis — 1124 fit quoque ut, in nostrum cum venit denique caelum, corrumpat reddatque sui simile —.

Addi potest VI 192 „cumulata videbis insuper esse aliis alia atque urguere superne", ubi ex „aliis" suppleas obiectum verbi „urguere".

c) cernere: IV 610 quapropter cernere nemo saepem intra potis est, cf. IV 810, 915; contra cf. V 393 magnis . . de rebus cernere, ubi verbum significat *„entscheiden"*.

concedere: III 540 concedere falsum; VI 55 — intransitive usurpatur: I 1076 concedere debet aeque*) ponderibus — III 376 tum numero quoque concedunt (*„sie sind auch geringer an Zahl"*).

consequi: III 478 consequitur gravitas membrorum, cf. III 929 — I 460 rebus ab ipsis consequitur sensus;

credere: transit. vim habet I 694 IV 851; cf. etiam III 856 facile hoc accredere possis — contra: II 558 neve ullo tempore credant (*„Vertrauen, Zutrauen hegen"*) — IV 507 credere sensibus.

dicere: III 422 sq. atque animam verbi causa cum dicere pergam, . . animum quoque dicere credas — Obiecto caret IV 484 valebit dicere eos contra; cf. III 538 IV 73 882 1207 — VI 768 de re nunc ipsa dicere conor; VI 979 ipsa quam dicere de re adgredior;

disserere: I 55 de summa . . ratione disserere — VI 940;

docere: I 539 ut docui, cfr. II 339 1050 III 458 500 IV 1145 VI 176 — I 931 magnis doceo de rebus, IV 6, V 1103, 1143; vide infra p. 72;

penetrare: vi transitiva dicitur I 529 nec porro penitus penetrata retexi; II 539 — II 460 pungere uti possunt

*) „debet" in codicibus omissum addidit Wakefield., „aeque" Marullus pro „aequis.

corpus penetrareque sese („*sese*“ Lachm. pro „*saxa*“); II 476 hominem cum vini vis penetravit; IV 197, 542, 613, 662, 894, 1246, VI 953; imprimis autem commemoratione dignum est V 1262 „tum penetrabat eos posse haec liquefacta calore quamlibet in formam et faciem decurrere rerum“; quae verba, quippe quibus subiectus sit accusativus cum infinitivo coniunctus, significant: „ *da durchdrang sie der Gedanke*“. —

Jam intransitivo sensu positum

aut absolute dicitur: II 683 IV 719 V 698 VI 698 986;

aut conjungitur cum praepositione:

in: II 414 penetrare in nares III 471 IV 1111;

per: IV 700 quoniam per saxea saepta non penetrat, IV 730 VI 303 332

aut dativum admittit: V 353 nec penetrare pati sibi quicquam; cuius usus quamquam alia exempla exstare non videntur, tamen vix aliter „sibi“ explicari potest, nisi ut pro „ad se“ dictum esse statuamus; — adde participia perfecti passivi mediali sensu prolata: IV 670 penetrata — IV 670 penetratum;

quaerere; I 334 quaerere semper de summa rerum;

revisere: obiecto omisso a Lucretio usurpatur IV 1117 furor ille revisit — — Praepositio exstat V 635: ad hanc quia signa revisunt;

sequi: obiecto caret I 461 980 1104 III 448 481 V 741 744 VI 79 183 606 1008 1014 1043.

Praepositio adiecta est: IV 821 aut alia ex alia facies aetasque sequatur — VI 290 quo de concussu sequitur gravis imber et uber. —

superare aliquem: II 503 al. — Intransitiva vi verbum instructum est:

I 790 immutabile enim quiddam superare necesse est, cfr. II 569 575 751 V 396 407 411 806 — Atque dativus adpositus invenitur: I 579 nunc etiam superare necesse est corpora rebus — I 672.

suppeditare aliquid: I 996 II 568 III 23 IV 818 V 298 386 1176 VI 1066;

alicui aliquid: II 26 lumina .. epulis ut suppeditentur — III 10 tu patria nobis suppeditas praecepta;

aliquem aliqua re: v. supra pag. 10;

absolute autem dictum est I 231 flumina suppeditant; cf. I 1040 II 1138 IV 776 V 293; — cum dativo conjunctum legitur: I 547 materies ut suppeditet rebus reparandis; VI 666 sic igitur toti caelo terraeque putandum est ex infinito satis omnia suppeditare; — Impersonaliter denique usurpatum exstat: III 731 dicere suppeditat = dici potest.

d) Reflexivo sensu praedita sunt haec verba:

comminuere: VI 128 post ubi comminuit vis eius;

contendere: VI 28 qua possemus ad id recto contendere cursu; cf. contra IV 802: nisi se condendit; IV 1046 quo se contendit . . libido.

convertere: V 1422 distractam sanguine multo disperiisse neque in fructum convertere quisse.

declinare: II 221 quod nisi declinare solerent, omnia deorsum .. caderent — II 250 nil omnino recta regione viai declinare quis est qui praestet cernere sese*); II 253; — contra II 259 declinamus item motus;

inclinare: II 243 inclinare necesse est corpora — contra; VI 573 inclinatur — VI 563 inclinata;

*) hoc loco „recta" ante vocem „regione" in veteribus codicibus omissum additum est in recentioribus et a plerisque editoribus probatum, nisi quod sine justa causa, ut Munroni videtur, Lachmannus maluit „nulla"; idem „possit", quod codices habent, mutavit in „praestet", ut „sese" cum infinitivo „cernere" jungeretur. Contra Bernaysius „sese" corruptum esse putans scripsit „declinare quis est qui possit cernere sensum". Munro autem exemplis collatis negavit esse, cur in conjunctione verborum „declinare — sese" quamvis dura offenderetur, traditamque lectionem retinuit „declinare quis est qui possit cernere sese". Nec tamen mihi quidem persuasit; itaque Lachmannum ita sequor, ut „sese" cum infinitivo „cernere" jungendum putem, quamquam „praestet" pro „possit" num recte ille scripserit, dubitari potest.

efflare: VI 681 modis quibus inritata repente flamma foras vastis Aetnae fornacibus efflet — VI 699 atque efflare foras;

geminare: IV 451 binaque per totas aedis geminare supellex;

immutare: VI 1122 omne . . immutare coactat;

insinuare: nullo discrimine intercedente multiplicem admittit structuram; nam non solum et neutralem et activum sensum habet, sed etiam vel absolute usurpatum vel cum accusativo vel cum praepositione vel in activo quidem sensu cum dativo coniunctum legitur*). Invenimus enim verbum

a) neutrali sensu usurpatum

absolute: III 485 paulo si durior insinuarit causa;

cum accusativo: I 409 caecasque latebras insinuare omnes — V 44 quae proelia nobis atque pericula tumst**) ingratis insinuandum — V 73 ille . . divom metus insinuarit pectora;

cum praepos.: VI 89 quo pacto per loca saepta insinuarit = VI 385 — VI 778 multa per ipsas insinuant naris.

b) activo sensu praeditum:

VI 869 per saepta domorum insinuare suum . . aestum.

Cum reflexivo pronomine:

se insinuare: II 436 cum res extera sese insinuat — cum accusativo: I 116 an pecudes alias divinitus insinuet se

insinuari: absolute: III 698 extrinsecus insinuatam . . animam; III 780, 782, VI 355, 955;

cum accusativo: IV 1030 quibus aetatis freta primitus insinuatur semen;

cum dativo: I 113 an contra nascentibus insinuetur; II 684 III 689, 722, 729, 738;

---

*) De verbis activo et neutro sensu promiscue apud scriptores Latinos usurpatis vide Kuehner, II § 28.

**) „tumst" Lachm., „tunc" Lambin., codd: „sunt".

cum praepos.

in: III 671 in corpus.. insinuatur IV 525, VI 234, 802;

per: VI 1031 per crebra foramina ferri insinuatus;

intendere: V 514 atque intendere deorsum;

movere: VI 595 concutit invitos cogens tremere atque movere;

mutare: I 787 nec cessare haec inter se mutare;

pervolgare neutrali sensu cum accusativo: II 164 solis pervolgant fulgura caelum, cf. II 346 IV 208 — activo sensu cum praepositione coniungitur: V 1161 quae causa deum per magnas numina gentis pervolgarit;

praecipitare: II 248 ex supero cum praecipitant — IV 628 cum per fauces praecipitavit — IV 1021 ut qui praecipitent — VI 1040 quo praecipitavit jam semel — contra vim habet transitivam I 250: ubi eos .. praecipitavit;

reflectere: III 502 inde ubi jam morbi reflexit causa; cuius usus alia verbi „reflectendi" exempla nusquam occurere videntur, cum alia composita verbi flectendi reflexivo sensu satis saepe usurpari soleant.

removere: III 69 unde homines dum se falso terrore coacti effugisse volunt longe, longeque remosse; quamquam dubitari potest an „remosse" active usurpetur supplendumque sit obiectum „*ea*", ut Munro interpretatur;

tendere: IV 300 contra si tendere pergas — IV 609 viis directis omnia tendunt, IV 1055 1204 VI 26 — contra: V 481 qua nunc se ponti plaga caerula tendit;

trahere: VI 1190 in manibus vero nervi trahere .. non dubitabat — I 397;

turbare: II 126 corpora, quae in solis radiis turbare videntur — II 438 ex offensu cum turbant corpore in ipso semina — III 493 quis vis morbi distracta per artus turbat — V 502 turbantibus aëris auris — V 504 sinit hic violentis omnia verti turbinibus, sinit incertis turbare procellis — VI 370 pugnare necesse est res ...

turbareque mixtas. — Cfr. Varro R. R. III, 17, 7: cum mare turbaret;

variare: II 480 primordia rerum finita variare figurarum ratione – cf. II 484 III 373; IV 657 debent . . variare viae, proinde ac textura coërcet — V 71 variante loquela — VI 997 natura viarum multitudine varians — contra transitive usurpatur II 242 335 491 494 759.

vertere: IV 1130 interdum (*scil. bene parta*) in pallam atque alidensia Ciaque vertunt — V 831 omnia commutat natura et vertere cogit — contra passivum legitur: IV 402 ubi ipsi desierunt verti — V 472 globi quorum vertuntur in auris, V 510 1184 1199 VI 291 — cum pronomine reflexivo: V 617 cancri se ut vertat metas ad solstitiales („*cancri se*" Lachmannus; codd. „*canceris*") — VI 384 unde volans ignis pervenerit aut in utram se verterit hinc partim;

volvere: V 931 multaque per caelum solis volventia lustra.

Adnotatio.

Quoniam de verbis vulgo transitivis, sed accusativo obiecti interdum carentibus egimus, haud inutile fore ducimus eius moris loquendi, quod saepius in constructione accusativi cum infinitivo accusativus pronominis facile ex nexu sententiaque verborum praecedentium subintelligendus omittitur*), exempla, quae notavimus, Lucretiana in medium proferre. Ea autem exempla, in quibus accusativus pronominis demonstrativi ex antecedenti pronomine relativo supplendus est, veluti III 677 quae fuit ante, interiisse (*scil. eam*), cum minus insolita sint, praetermittere liceat. Suppletur igitur ad infinitivum:

eum: I 664 ut videas non stipatis partibus esse (*sc. ignem*) — III 462 quare participem leti quoque convenit esse (*sc. animum*), — IV 473 et tamen hoc quoque uti concedam scire — V 654 aut quia sub terras cursum

*) de hac breviloquentia vide Draeg. Hist. Synt. II² § 454 p. 440 sq.

convortere cogit vis (*sc. solem*) — VI 411 et simul in multas partis qui credere possis mittere; quo loco et subiecti et obiecti accusativus (*sc. Jovem ignem*) omittitur.

eam: II 91 neque habere *(sc. summam)*, ubi corpora prima consistant — III 423 mortalem esse docens *(sc. animam)*, cf. III 426 — III 684 vel ut in cavea per se sibi vivere solam convenit *(sc. animam)* — V 536 atque (*sc.* convenit) aliam naturam supter habere (*sc. terram*) — VI 542 undique enim similem esse sui res postulat ipsa (*sc. terram*).

id: IV 751 simili fieri ratione necesse est;

eos: II 685 ut noscas privis differre figuris (*sc. nidorem, fucum, saporem*) — V 156 dicere porro hominum causa voluisse parare praeclaram mundi naturm (*sc. deos*) — V 1179 fortunisque ideo longe praestare putabant (*sc. deos*) — V 1181 et simul in somnis quia multa et mira videbant efficere (*sc. deos*);

eas: I 323 moderatim crescere cogens (*sc. res*) — I 347 esse licet raro cum corpore cernas (*sc. res*) — II 350 quod posse videmus (*sc. matrem et prolem*) — VI 209 multa necesse est concipere (*sc. nubes*) VI 387 in terram delabi pondere cogit natura (*sc. aves*);

ea: II 469 scilicet esse globosa tamen (*sc. corpora*) — II 1011 quod in cunctis fluitare videmus rebus (*sc. corpora*) — III 447 quandoquidem gigni pariterque videmus crescere (*sc. corpus et animam*) — IV 857 procul est ut credere possis utilitatis ob officium potuisse creari (*sc. sensus et membra*) — V 1260 et simili formata videbant esse figura;

me: III 423 animum quoque dicere credas;

nos: VI 1130 illa quoque in corpus pariter sorbere necesse est;

se: IV 470 quoniam nil scire fatetur.

Jam restat, ut proferamus pauca

2. De accusativo obiecti duplici.

a) Duo tantum verba apud Lucretium eaque raro accusativum et personae et rei sibi adsciscunt.

docere una cum accusativo personae accusativum rei non assumit nisi pronominis neutrius generis: III 355 ipsa palam quod res dedit ac docuit nos, et in passivo genere: III 473 perdocti quod sumus ante — Contra pro accusativo rei legitur infinitivus:

V 1303 boves lucas turrito corpore, tetras . . . belli docuerunt volnera Poeni sufferre — V 1383 sibila primum agrestis docuere cavas inflare cicutas — V 1483 sol et luna . . perdocuere homines annorum tempori verti. — Adde IV 579 verba . . docta referri.

Personae autem accusativus omittitur I 265 543 893 951 II 478 499 522 565 588 V 56 1453 VI 43 139 249; v. supra pag. 65.

celare verbum semel duplex sequitur accusativus: IV 1186 quo magis ipsae omnia summo opere hos vitae poscaenia celant; — contra sine obiecto personae legitur I 90: sentit: . . ferrum celare ministros.

Nec praetereundus est locus, quo discrepantia quaedam Lucretii sermonis a vulgari dicendi ratione*) apparere videatur; legitur enim V 301: ab omnibus ignibus ei exitium celeri celatur**) origine flammae.

Sed dativum „ei“ Munro Brunonem (Progr. Harburg 1872) secutus similiter dictum esse docet atque in versu I 898 „ut altis arboribus vicina cacumina summa terantur“ (cf. infra pag. 77); cavendum igitur est, ne celandi verbo Lucretium temere dativum personae adjunxisse putemus. Ceterum ne extra dubitationem quidem posita videtur esse Lachmanni coniectura „celatur“. — V 1160 celata mala; cf. Horat. carm. IV, 9, 30 „celata virtus“ — cf. etiam supra pag. 11.

*) cf. Draeg. Hist. S. I² p. 371.

**) „celatur“ Lachm., „celeratur“ codd.

b) Duo accusativi alter obiecti alter nominis praedicati, ut dicere solemus, secuntur apud Lucretium haec verba:

appellare: I 60 quae . . semina rerum appellare suëmus; passive usurpatur: V 10 eam, quae nunc appellatur sapientia;

dicere: II 220 quod momen mutatum dicere possis — III 100 harmoniam Graii quam dicunt — Exstat autem passiva structura II 599 1035 IV 160.

memorare: II 630 Curetas nomine Graii quos memorant Phrygios;

nominare: I 695 quem nominat ignem;

nominitare: III 352 hunc motum, quem sensum nominitamus — VI 424 presteras Graiei quos ab re nominitarunt — IV 44 (51) VI 374;

perhibere: IV 369 id quod nos umbram perhibere suëmus — IV 650 VI 702;

vocare: I 59 quae nos materiem . . vocare suëmus — cf. I 369 426 439 458 481 (suppl. „*ea*"), 1074 II 655 III 94 139 IV 30.

vocitare: II 611 hanc . . gentes . . Idaeam vocitant matrem — VI 298 quem patrio vocitamus nomine fulmen („*spatio*" codd., corr. quadr. „*Latio*", Itali „*patrio*");

putare: I 635 qui materiem rerum esse putabant ignem — Passive usurpatur III 231.

videre: II 464 quod amara vides eadem, quae fluida constant;

facere: I 655 si faciant admixtum rebus inane — II 904 934 IV 529 V 983 VI 52 868 966;

fingere: I 847 imbecilla nimis primordia fingit — II 58 VI 677;

reddere: I 1011 ut sic alternis infinita omnia reddat, VI 608 812 855 1124 (*sc.* „*id*"), 1139;

constituere: I 707 et qui principium gignundis aëra rebus constituere — I 754 II 561 III 308 — adde I 968 si jam finitum constituatur omne;

locare: V 1109 arcemque locare praesidium . . sibi;
praestare: III 220 se incolumem praestat;
dare: II 612 Phrygiasque catervas dant comites — V 870 quae damus utilitatis eorum causa praemia;
linquere: II 46 mortisque timores tum vacuum pectus („*pectus*“ Lachm., „*tempus*“ codd.) lincunt curaque solutum; cf. Horat. a. p. 285 nil intemptatum nostri liquere poëtae;
relinquere: I 967 in omnis tantundem partis infinitum omne relinquit;
usurpare: I 60 suëmus et haec eadem usurpare corpora prima.

Appendix.

A.

1. Genetivus partitivus adjungitur:

a) substantivis: copia IV 774, 776, VI 1261 — — examen V 1364 — exemplum II 540 — fragmen V 1284 — genus V 903 al. — modus II 1172 — moles III 1056 VI 567 — pars II 5 al. — particula IV 260 — reliquiae VI 825 — saeclum I 467 II 995 1076 III 629 IV 43 V 855 VI 722 766 1109 — milia IV 413 V 999 — adde III 220 nec defit ponderis hilum — nil: I 497 solidi nil, IV 471 V 171; I 893 quorum nil, III 165 239 IV 151 V 871; I 1109 nil . . reliquiarum, II 897 III 230 832 V 372 918 — satis dure dictum est: II 583 nil esse, in promptu quorum natura videtur.

b) superlativis: I 86 prima virorum (cf. Draeg. Hist. S. I² § 199 adn. 4); I 638 — I 878 cuius sint plurima mixta; IV 1089 — I 1116 ultima naturai. —

c) adiectivis numerabilibus et pronominibus masc. et fem. gen.
III 1037 quorum unus Homerus sceptra potitus — VI 1247 alium . . sepelire suorum — III 932 alicui nostrum — V 532 sed quae sit earum — IV 689 haud quisquam . . eorum; V 1180; (contra cf. V 36: quo neque noster . . quisquam) — V 990 unus . . quisque . . eorum — IV 985 quorum quisque — VI 655 numquis . . nostrum — VI 1199 quorum si quis.

d) neutrius generis adiectivis et pronominibus: tantum: I 101 tantum . . malorum, V 227 — I 360 nam si tantundemst in

lanae glomere, quantum corporis in plumbo est — I 758 quorum utrumque, I 975 V 1101 VI 365 — IV 1217 et neque utrum superavit eorum — II 347 quorum unum quidvis — IV 1005 quaeque . . seminiorum — adde I 315 strata viarum; de quo usu cf. Holtz. p. 49 et Draeg. l. c. p. 419 — Eodem pertinent neutra comparativi: plus: I 365 plus . . inanis, I 306 plus . . corporis; II 1127 III 294 IV 250; IV 616 plusculum habent in se rationis plus operaeve*) — minus: III 547 vitae minus.

Porro quid: I 851 quid . . eorum — III 1050 quid mali; V 174 VI 29 811 — V 168 quidve novi — IV 535 quid corporis, V 166 — VI 646 quid moliretur rerum natura novarum;

quod: III 904 aevi quod super est; V 206 — IV 1199 quod illorum subat — IV 372 quod liquimus . . eius — V 960 quod cuique obtulerat praedae fortuna;

aliquid: IV 39 aliquid nostri — IV 1134 amari aliquid;

quiddam: III 878 sui quiddam;

quicquid: V 264 quicquid aquai — V 284, 304;

hoc: II 16 hoc aevi quodcumque est — III 916 mali . . hoc — IV 879 tantum hoc oneris;

e) adverbiis: III 489 qua . . viai — VI 550 ubi . . viai — V 791 inde loci — VI 663 satis mali.

Praepositiones pro genetivo partitivo a Lucretio positae sunt:

de: II 104 cetera *de* genere horum; III 481 774 IV 462 590 744 832 1170 V 37 164 845 893 1449 VI 244 — VI 666 omnia *de* genere omnia maxima;

ex: II 668 *ex* omnibus unum, cf. V 531 — II 693 aut nulli**) inter se duo sint *ex* omnibus idem — II 718 nullas partis . . *ex* se — VI 710 aliquid genere . . *ex* hoc, VI 1066;

in: IV 564 verbum saepe unam perciet auris omnibus *in* populo.

---

*) „operaeve" Lachm., codd. „opere".

**) „nulli" Lachm., codd. „nulla".

2) Pauca afferam exempla Lucretiana genetivi praedicative verbo „esse“ adiuncti:

I 716 quorum . . . Empedocles est — II 1079 quin aliquoiu' siet saecli („*aliquoiu'*“ Gronov., quadr.: *aliquoivis;* oblong: *alioquoivis*) — IV 381 tueri illorum est — V 526 quid in hoc mundo sit eorum ponere certum difficile est — V 533 praecipere haut quaquam est pedetemtim progredientis („progredien*tis*“ Lambin., „progredien*tes*“ codd.) —

B.

1) Poetae saepe a communi loquendi more ita deflectunt, ut a) nomen vel pronomen, quod vulgo a subiecto aut obiecto enuntiationis dependens in genetivo poni solet, ad totam sententiam referentes in dativo ponant, b) loco pronominis possessivi cum nomine juncti dativum pronominis personalis aut reflexivi usurpent. Cuius usus exstant apud Lucretium exempla haec:

a) II 1003 coetum dissupat ollis — V 1390 haec animos ollis mulcebant — IV 659 illi . . levissima corpora debent . . caulas intrare palati — VI 795 manibus nitidum teneris opus effluit ei (cfr. quae supra p. 72 ad V301 adnotavimus) — VI 1206 in nervos huic morbus et artus ibat — I 423 cui nisi prima fides valebit — III 1046 mortua cui vita est — V 1218 cui non animus formidine divom contrahitur — III 294 quibus acria corda iracundaque mens facile effervescit — IV 1030 tum quibus aetatis freta primitus insinuatur semen — IV 489 nam seorsum cuique potestas divisa est; V 89 VI 65 — V 1261 atque lacunarum fuerant vestigia cuique — VI 14 nec minus esse domi cuiquam tamen anxiacorda — VI 1163 nec nimio cuiquam posses ardore tueri corporis in summo summam fervescere partem — III 479 praepediuntur crura vacillanti — IV 952 poplitesque cubanti saepe tamen summittuntur — IV 937 interiorem etiam partem spirantibus aër verberat hic

idem — V 1319 adversum venientibus ora petebant (codd. *„patebant“*, Marullus corr.). — I 253 ramique virescunt arboribus — I 898 ut altis arboribus vicina cacumina summa terantur — I 1092 arboribus summos frondescere ramos — II 443 formas distare necesse est principiis — II 770 ordo principiis mutatus — III 257 fit . . finis motibus — V 509 motibus astrorum nunc quae sit causa, cf. V 530 VI 535 — III 301 quae tremulum faciunt membris existere motum — IV 1098 ardorem qui membris stinguere possit — IV 1261 concrescunt semina membris — III 291 — IV 564 verbum saepe unum perciet auris omnibus in populo — IV 708 conveniunt ad sensus omnibus omnes — I 930 unde prius nulli velarint tempora musae = IV 5 — IV 160 ut merito celer his rebus dicatur origo — IV 641 at capris adipes et coturnicibus auget — V 270 remanat materies umoris et ad caput amnibus omnis convenit — V532 quae vegeat motum signis — V 888 tum demum pueris . . juventas occipit*) — VI 643 finitimis ad se convertit gentibus ora — VI 729 quo fit uti pacto liber minus exitus amni**) et proclivis item fiat minus impetus undis — VI 1090 ratio quae sit morbis — VI 1106 quid Britannis caelum differre putamus — VI 1152 morbida vis in cor maestum confluxerat aegris. —

b) I 924 simul incussit suavem mi in pectus amorem; cf. Verg. eclog. X 33: o mihi tum quam molliter ossa quiescant — I 948 si tibi forte animum tali ratione tenere . . possem = IV 23; cf. II 44 440 1024 — III 120 uti . . saepe tamen nobis in membris vita moretur; III 129 169 336 375 699 908 IV 292 747 940 942 1226 V 556 707 724 VI 501 944 — III 517 neque transferri sibi partes . . vult.

*) „occipit Marullus; „officit“ codd., „pueris“ Avantius; „puerili“ codd.,
**) „amni“ Marullus; „amnis“ codd.

2) Dativus adjungitur adiectivis

a) animi affectum quendam significantibus:
acerbus: IV 661 quibus est eadem res intus acerba;
adversus: VI 1134 loca . . nobis adversa;
aemulus: I 296 aemula magnis amnibus;
alienus: VI 1119 nobis . . alienum (contra: III 821 aliena salutis);
amarus: IV 634 aliis quod triste et amarumst, IV 653;
bonus: II 408 bona sensibus et mala tactu;
coniunctus: III 556 sive aliud quid vis potius coniunctius ei fingere;
contrarius: I 657 multa sibi cernunt contraria; VI 741;
horribilis: V 1306 horribile humanis quod gentibus esset in armis — infestus: II 521 hinc flammis illinc rigidis infesta priuis, V 219, 760, 983, VI 782 — ingratus II 615 — inimicus I 759 — suavis IV 658, 659 — taeter II 510 aliis aliud retro quoque taetrius esset naribus auribus e. q. s.

b) aequalitatis, similitudinis, opportunitatis notione praeditis:
par: II 738 neque par rebus neque denique dispar; V 969;
parilis: I 1067 noctes parilis agitare diebus;
similis: II 543 909 IV 109 750 1230 V 435; imprimis notandum IV 1211 sq: tum similes matrum materno semine fiunt, ut patribus patrio;
dissimilis: V 153 — concinnus: IV 1276 ipsa viris Venus ut concinnior esset — communis: I 196, 824, II 689 — adfinis: III 733 — vicinus: VI 459;
aptus: IV 677 aliis alius magis est animantibus aptus; VI 961 — V538 uniter aptam partibus — contra IV 829 validis ex apta lacertis.

Incerta est lectio IV 633: „aliis alius qui sit cibus unicus aptus"; „*unicus aptus*" scripsit Lachm., codd. „*ut videamus*", Bernays. „*suppeditatus*", Munro „*suavis* et *almus*".
commodus: IV 1154 — opportunus: VI 318 — idoneus

VI 318 — utilis: I 331; III 207 — facilis: V 1282 — perfacilis: II 381 — difficilis: V 99.

c) nonnullis denique variarum significationum:

certus: I 699 — diversus: V 647 diversas ire in partis inferna supernis; cf. Vell. II, 75,2;

genitalis: I 58 genitalia corpora rebus — I 167;

vitalis: VI 1094 quae sint vitalia nobis;

obvius: I 132 quae res nobis vigilantibus obvia mentes terrificet; IV 33 309 V 402.

Addimus dativum ex adverbio dependentem:

I 402 animo satis haec vestigia parva sagaci sunt
II 169 humanis rationibus admoderate
VI 171 pariter qui mittitur igni. —

Vita.

Natus sum Joannes Meissner pridie Kal. Majas a. h. s. LXVIII Altenburgiae, capite ducatus Saxoniae Altenburgensis patre Julio matre Clara e gente Funke, quos superstites esse valde gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis imbutus puer undecim annorum, urbis patriae, postquam scholae, quam dicunt realem, sextam classem frequentavi, gymnasium adii, cuius cum per octo annos discipulus fuerim, praeter ceteros praeceptores, qui optime de me meruerunt, carissimos imprimis Dorstewitz, qui nunc praeest gymnasio Eisenbergensi, Kuehne, Schwabe summa benevolentia in sempiternum tempus me sibi devinxerunt. Maturitatis testimonio instructus vere a. h. s. LXXXVII in numerum civium academicorum universitatis Jenensis receptus sum, ut studiis et philologicis et historicis incumberem. Ter sex menses Jenae versatus Berolinum transmigravi, unde anno post, ut studia ad finem perducerem, Halas Saxonum me contuli. Docuerunt me viri illustrissimi Jenenses: Delbrück, Eucken, Gaedechens, Gelzer, Goetz, Hirzel, Lorenz, Meyer-Lübke; Berlinenses: Bresslau, Huebner, Kirchhoff, Vahlen; Halenses: Dittenberger, Droysen, Erdmann, Haym, Hiller†, Keil, Lindner, Meyer, Robert, Suchier.

Proseminario interfui Jenensi per duo semestria, per unum sodalis fui seminarii extraordinarius. Berolini ut exercitationibus interessem philologicis, benigne permiserunt Huebner et Vahlen. In seminarium receptus sum philologicum a Dittenbergero, Hillero, Keilio, historicum a Droyseno, Lindnero.

Quibus cum omnibus viris tum Henrico Keilio, qui benignissimus studiorum meorum exstitit adjutor, gratias quam maximas ago semperque habebo.

Errata.

pag. 5 lin. 10 pro: cetores leg. ceteros
pag. 6 lin. 7 pro: qnod leg. quod
pag. 7 lin 10 pro: legitur; leg. legitur:
pag. 10 lin. 5 pro: iustrata leg. instrata
pag. 10 lin. 8 pro: suffundeus leg. suffundens
pag. 27 lin. 12 pro: inteclusa leg. interclusa
pag. 31 lin. 15 pro: ed leg. ad.
pag. 33 lin. 30 pro: ἐν leg. ἓν
pag. 41 lin. 8 post „demonstrativum“ add. vel relativum.
pag. 42 lin. 3 pro: cognocitur leg. cognoscitur
pag. 51 lin. 32 pro: structurum leg. structuram
pag. 52 lin. 1 pro: seiuntus leg. seiunctus
pag. 54 lin. 10 pro: quo dhoc leg. quod hoc
pag. 57 lin. 11 pro: usurpatnr leg. usurpatur
pag. 57 lin. 24 pro: Colum. XI,1,19; leg. Colum. XI,1,19:
pag. 67 lin. 16 pro: condendit leg. contendit
pag. 67 lin. 24 pro: contra; leg. contra:
pag. 77 lin. 31 pro: anxiacorda leg. anxia corda
pag. 79 lin. 15 pro: priuis leg. pruinis
pag. 81 lin. 21 pro: Berlinenses leg. Berolinenses

JUL 6 1909



LI 20.338
Quaestiones ad usum casuum obliquor
Widener Library 006026919
3 2044 085 210 334